monentem. Et Tulius libro de amicitia. Et monere et moneri velle propriū est vere amicitie: et alterum libere facere non aspere: t alterum libere accipere non repugnant. Idem quoq̃ in primo de offi. ait. Vt pictores t hi qui singula fabricant. et veri etiam poete suum quisq̃ opus a vulgo considerari volunt si q reprehendēdus sit a pluribus id corrigatur. sic aliorum iudicio multa nobis et facienda et non facienda: et mutanda et corrigēda sunt. Denicq̃ Seneca libro tertio de Ira sic dicit. Admoneri et corrigi semper boni gaudent. pessimus autem quisq̃ asperrime patitur correctionem. Et predictis auctoritatibus patet. Qualiter qui vult proficere et doctrinam dei atq̃ diuinā gratiā et salutez propriam consequi: necesse est ei q̃ alacriter et libenter suscipiat admonitionem et correctionem ipsius predicatoris. contra multas mulieres vanas que cum audiunt q̃ predicator detestatur vanitates superfluas caudas cornua bellettum: et huiusmodi. statim indignantur et se trāsferunt ad alium predicatorem qui predicta omnia laudat: vel nihil de ipsis tangit: aut stant domi et non volunt amplius ire ad p̃dicationes. Tales omnes diabolus portabit. Hoc idem faciunt vsurarij seu falsi officiales. seu concubinarij: qui cum audiunt etiaz in genere aliquid q̃ eos tangat statim per totam quadragesimā predicationem relinquunt. ¶ Secundo hoc idem probo vnica ratione. videlicz bonificationis. Fundamentum rationis ponit philosophus tertio Thopicoꝛ. et secundo phisycorum dicēs. Cuius finis melioꝛ ipsum quoq̃ melius. patet hec regula. Cum enim finis salutis anime sit nobilioꝛ fine salutis corporis clarum est. q̃ dare consilium de salute anime est magis nobile q̃ dare consilium de salute corporis. Quo presupposito certuz est q̃ si quis corporaliter esset infirmus libenter et alacriter medicinam quālibet amaraz assumeret ut corporis sanitatē recuperet. ergo a fortiori cum anima sit nobilioꝛ corpore incorporaliter. dicente philosopho. 16. de animalibus. Anima nobilioꝛ est omni corpore animatum inanimato. viuum mortuo. ens non ente. Et primo ethicorum dicit. Bona anime maxime sunt bona. Et sexto politicoꝛ dicit. Anima melioꝛ est corpore: et anime bonum omnibus bonis. ¶ Propter hoc tenetur quisq̃ in infinitum libentius et alacrius suscipe admonitiones atq̃ correctiones quas predicator facit pro salute ipsius anime. Nā tales admonitiones et correctiones sunt q̃dam spirituales medicine ipsius anime.

¶ Tertio denicq̃ probo similitudine. videlicet q̃ quisq̃ volens proficere in sacra doctrina et diuina gratia tenetur libenter suscipere et non bestialiter seu superbe fugere ad monitiones predicatoris. Nam videmus p experientiam q̃ infirmus qui odit presentiaz medici et fugit suam medicinam non recipit corporis sanitatem sed potius mortez incurrit. Econtra si medicum diligit et eius cōfilia suscipit seu medicinam. licet videantur sibi amara et penosa facere recipit sanitatez. Sic a simili est de anima spiritualiter infirma que si libenter audit predicatorem tanq̃ spiritualem medicum t suscipit eius doctrinam et admonitionē: faciliter a deo p̃cōtritionem recipit sanitatem anime: id est veniam de peccatis. econtra vero si predicatorem odit et eius doctrinam et admonitionem fugit et contemnit: certum est q̃ incurrit sententiam eterne mortis. Sic enim ait Apostolus ad Romanos scō. Secundum duritiaz tuam et impenitens coꝛ tuum thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicij dei. quod confirmans Augustinus in libro de verbis domini ait. ¶ Precipuum et magnum signum diuine reprobationis est correctionem fraternam deuitare. Et Salomon prouerbi. 15. ait. Qui increpationes odit morietur. scilicet sm̃ glosam triplici morte. videlicet nature: gratie: et glorie. Et ¶ Prouerbi. 29. ait. Viro qui corripientem se dura ceruice contemnit: repentinus superueniet interitus. Et Sapiēn. tertio dicitur Sapientiam enim et disciplinam qui abijcit infelix est: et vacua est spes illorum: et labores sine fructu: et in vtilia opera illorum sunt. hec ibi. Et ideo in figura Erōd. quarto ca. loquitur. Dō Moyses proijciens virgaz id est correctionem in terram. i. in terrenis hominibus versa est in colubrum. quia sclz qui has correctiones non suscipit: in futuro a serpētib⁹ infernalib⁹ devorabitur t punietur.

Er predictis auctoritatibus:ratione: ⁊ simile: patet sexta dispositio necessaria ad suscipiendam diuinam doctrinam. ⁊ per consequens diuinam gratiam que dicitur dispositio susceptionis.

¶ De septima dispositione necessaria ad audiendum doctrinam sacram que dicit dispositio operationis.

Eptima postremo dispositio est qua acquiritur salutaris doctrina: ⁊ per consequens diuina gra ⁊ eterna gloria dicitur operationis seu executionis.vltra predictas omnes dispositiones:quicūq; vult proficere in sacra doctrina et diuina gratia. necesse est omnino q̄ habeat executionem.i. q̄ exequatur ⁊ operetur ea que ab ipso predicatore operanda intellexit. quoniam sine tali operatione oēs predicte dispositiones omnino essent inutiles tam ad anime salutem: q̄ ad diuinam gratiā et eternam gloriam,p merendam.quod quinq; modis probo.

Primo auctoritatibus. Secundo ratione. Tertio distinctione. Quarto similitudine. Quinto exemplo.¶ Primo probo auctoritatibus. Nam Jac.j.dicitur. Estote factores verbi ⁊ non auditores tm̄: fallentes vosmetipsos:quia si quis auditor est verbi ⁊ nō factor. hic compabitur viro cōsideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Consideauit enim se ⁊ abijt.⁊ statim oblitus est qualis fuerit.Qui autem perspexerit in lege pfecte libertatis ⁊ permāserit in ea. Non auditor obliuiosus factus:sed factor operis. hic beat⁹ in facto suo erit.hec ibi. Item philosophus scō etbi. Virtutes scire parum aut nihil prodest ad felicitatem.⁊ ibidem dicit.Q̄ nō pscrutamur de virtutibus ut sciamus. sed ut operantes boni efficiamur.Et.io.etbi.ait: Non sufficit virtutes scire nisi quis operetur ſm illas.Et.io.methaphi.dicit.Er priuatione act⁹ a potentia siue habitu sequitur malus quod est bono oppositum.⁊ secūdo etbi. ait: Operantem ⁊ non tm̄ discentem laudamus:utputa.Edificantes et non edificatores.⁊.j.etbico. Dupliciter est ratio potentialis ⁊ actualis.actualis autem est perfectio hominis: sicut bene citharizans bonus citharedus est. ⁊ sexto etbi.etiam dicit. Prudens non est quis in scire solum:sed in eo q̄ practicus est ⁊ operatur ſm rectam rationem.Item Beda super Lucam. Scire inquit bonum ⁊ non facere non pertinet ad beatitudinem : sed ad condemnationem.sicut scriptum est. Scienti bonum et non facienti peccatū est illi.⁊ Grego.nazanzenus in appologia sua ait. Ille mihi videtur esse sapiens : qui pauca de virtutibus deserens plura vero suarum operationum auctoritatibus ostendit.Item Sene.in prouer. suis dicit. Nihil prodest facienda didicisse ⁊ nō facere.⁊ Matth.7.Saluator ait.Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur ⁊ in ignem mittetur.⁊ Crisost.in quadā omelia dicit. Nam plura scire neq; plura miracula facere valent ad salutem . sed tm̄ operatio virtuosa.felicem animam facit.Denīq; Grego.in primo dyalogor. ⁊ transumptiue 23.q. 4.c. optineri. ait: Ipsa quoq; perbēnis regni predestinatio . ita est ab omnipotente deo dispositaut ad hanc electi ex labore perueniant: quatenus laborando ⁊ orando mereantur accipe quod eis omnipotens de⁹ ante secula disposuit donare. Er predictis igit auctoritatibus patet qualiter ad diuinā gratiam ⁊ salutem promerendam inter ceteras dispositiones operatio virtuosa requiritur.

¶ Secundo hoc idem probo in vnica ratione. videlz acquisitiōis eterne felicitatis. Fundamentum rationis ponit philosophus. io. etbicorū. di. Felicitas est premium virtutis. Quo presupposito certum est ſm eundē philosophū.7. phisicorū. Q̄ virtus simpliciter est dispositio perfecti.s. habitus ad optimum scz ad actum.⁊ propterea.2.etbicor.dicit. Ad perfectionem virtutis tria requiruntur.scire velle: ⁊ operari. Q̄ si ut patet operatio est de essentia virtutis: clarum est q̄ si quis nō operatur que operanda intelligit. non habet in se perfectam virtutem: quia sicut dicitur. 6.Thopicor.A quocūq; remouetur diffinitio remouetur ⁊ diffinituz.⁊ Cōmentator. 9. Methaphi.ait.Qui tollit a rebus suam propriam operationē. tollit ab eis suam essentiam. q̄ si quis non habet operationem nec p consequens virtutem . Cum igitur felicitas simpliciter sit primum virtutis . concluditur necessario q̄ talis non operans que intelligit,nunq; poterit beatificare: ⁊ eternam felicitatem sibi acquirere.¶ Tertio hoc idem p bo vnica distinctione.s. domini Bonauenture.qui super prohemio primi sententiar. q.3. querit. An scientia tradatur simpliciter a spiritu scō propter scire ⁊ intelligere tm̄, ⁊ Rādit di.Q̄ perfectibile a scientia est ipse intellectus:qui tripliciter habet considerari. Primo ēctum ad se.Secundo ēctum ad affectionem.Tertio ēctum ad opus.Et concludit q̄ spiritussanct⁹ nō tradit simpliciter scientiam intellectui ut tm̄ intelligat. Sed ut referatur ad voluntatem ut velit ⁊ amet quod intelligit:⁊ precipue ut referatur ad opus. videlicet ut quisq; operetur quod cognoscit ⁊ intelligit.Er qua distinctione infert q̄ nullus vngit. Er qua distinctione infert q̄ nullus vnq̄ est verus theologus:licet sciat omnes cōclusiones theologie:nisi velit:amet: ⁊ opetur actualiter et charitate ſm possibilitatem suam omnia que ipsa sacra theologia demonstrat. hoc idem intelligitur de ceteris omnibus scientijs:et sic patet idem quod supra .

¶ Quarto etiam probo similitudine. operationem esse necessariam ad gratiam ⁊ salutem acquirendam . Nam primo de celo et mundo philosophus ait. Q̄ natura tria exigit ad perfectionem vniuscuiusq; rei.videlicz substantiam.virtutem. ⁊ operationem.quod sic patet:quia si arbor haberet substantiaz arboris similiter ⁊ potentiam fructificandi: et non fructificaret:vtiq; vituperabilis esset.q̄ si natura requirit operationem in rebus naturalib⁹:a fortiori diuina gratia ⁊ eterna gloria requirunt.q̄ quisq; actualiter in se habeat spirituales et materiales operationes.Similiter ⁊ medicus. vt dicitur.j. et.2. Methha. Non dicitur medicus simpliciter propter scire ⁊ speculari. sed simpliciter propter operari.seu practicā exercere.quia iste est finis principalis. propter quem talis scientia acquirit. Quod cōfirmans philosophus.3. de anima dicit.Finis in operabilibus est quasi principium: ⁊ licet sit vltimū in executione: tamen est primū in intentione.Quod sic patet. Nā scientia medicine nihil prodesset ipsi medico ēctum ad lucrum.nec insuper ipsi egroto ēctum ad sanitatem: nisi practice actualiter exerceret.que scientia docet exercēda: ergo a fortiori est de anime scientia:nihil prodesset ei talis scientia ad salutez.Similiter etiā videm⁹ q̄ parum prodesset mulieri videre seu intelligere maculaz faciei sue in speculo.nisi actualiter eam abstergeret. ergo a fortiori parum prodesset anime per sacram doctrinam cognoscere ⁊ intelligere maculas peccatorū suorum nisi eas actualiter clemosynis: contritione : confessione:atq; satisfactione purgaret:⁊ abstergeret.¶ Quinto denīq; probo exemplo operationez esse necessariam. Nam videmus ad oculum: q̄ quando aliquis rex: vel dominus facit fieri bandum quo districte mandatur ut fiant alique exactiones : vel alia huiusmōi. statim omnes aut amore aut timore conantur sine mora actualiter opere complere omnia quecumq; precepit rex esse adimplenda. Et hoc ideo faciunt:ne perdant gratiam regis : seu ne incurrant in maliuolentiam suam.q̄ si hec faciunt mundani pro mundanis dominis. a fortiori quisq; verus xpi seruus et fidelis tenetur actualiter implere ⁊ facere omnia que xp̄us precipit facienda:⁊ hoc ne incurrat sententiam sue maledictionis:q̄ in extremo iudicij die. prout habetur Matth.25.daturus est di.Discedite a me maledicti in ignem eternum.qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius.Et insuper se debent in operibus virtuosis exercere.ad hoc ut sibi acquirant diuinam gratiam.Et insuper obtineant paruam benedictionem quam idem xp̄us in eadem iudicij die.ut habetur Matthei .25. bene operantibus daturus est. dicens. Venite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Et sic ex predictis auctoritatibus ratione:distinctione:similitudine:atq; exemplo patet septima dispositio necessaria ad suscipiendum diuinam doctrinam ⁊ diuinam gratiam que dicitur dispositio executionis . Et per consequens patet etiam.scōus respectus quo faciliter quisq; poterit percipe remissionem peccatorum ⁊ diuinam gratiam in qua dragesima futura. In quo respectu septez dispositiones monstrate sunt necesse ad salutem ⁊ diuinam gratiaz promerendā . Quas omnes dispositiones simul cum gratia ⁊ salute vobis et mihi clargiri dignetur ipse largitor salutis et gratie dom⁹ Jesus. qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat deus per infinita secula seculorum.Amen.

¶ Feria quinta post dominicam septuagesime de triplici respectu principali . videlicet influrionis diuine clemētie quo apparet q̄ quisq; faciliter saluari potest.

Sermo quintus.

Ades tua te saluam facit. Luc. 7. Post q̃ declaraui⁹ duos respectus principaliores ex quibus matrimam fidem firmamq; spem habeo: q̃ in quadragesima futura t diuinā gratiā t peccatoꝝ remissionē accipietis: tum deo propitio ex nostra instructione: tum respectu optime dispositionis vestre volens ordinate ꝓcedere: habeo nūc in spē declarare tertiū respectum: quo credo firmiter t spero in proxima quadragesima vos t gratiā dei: t peccatoꝝ remissionē faciliter consecuturos. Qui dicitur respectus diuine influxionis. seu respectus diuine clemētie atq; misericordie. ¶Pro cuius respectus declaratione loco exordij dico: q̃ deus q̃tum est in se generaliter vult cōmunicari t cōmunicabit omnib⁹ nobis tam diuitibus q̃ pauperibus: tam nobilibus q̃ ignobilibus: tam magnis q̃ pusillis: tam masculis q̃ mulieribus gratiam suam gratum facientem: t insup plenariā omnium peccatoꝝ remissionē. deus q̃tum est in se velit omnibus nobis. Et q̃ generaliter concedere t hoc imptiri quadrupliciter ꝓbo. ¶Primo auctoritatibus. ¶Secundo ratiōe. ¶Tertio distinctione. ¶Quarto exemplo.

¶Et primo probo auctoritatibus. Nā apo. primo thi. 2. ait. Deus vult omnes homines saluos fieri t ad agnitionem sue virtutis venire. Et 2. pe. 3. ¶Petrus ait. Non vult deus aliquos perire: sed omnes ad penitentiaꝫ cōuerti. vbi glo. qua. s. mediate quisq; saluatur. Et Apost. primo Thessalo. 4. ait. Hec est voluntas dei sanctificatio nostra. Dyo. aūt lib. de di. no. ait. Sicut noster sol non ratiocinās neq; eligens equaliter diffundit radios suos in corpora inferiora: sic sol iusticie diffundit radios omnes bonitatis sue. Salomon etiā Sapiēn. xi. ait. Diliges omnia que sunt t nihil odisti eorum q̃ fecisti. Et Sapien. 6. dicit. Pusillū t magnū diligit deus: t est ei equaliter cura de omnibus. Deniq; Ysa. 55. Generaliter vocat omnes ad gratiaꝫ suam dicens. Omnes sitientes venite ad aquas. scz gratie mee t qui nō habetis aurū t argentū properate emite t bibite. Et eccl. 24. omnes etiā inuitat di. Transite ad me omnes q̃ concupiscitis me t a generatiōibus meis: videlz gratie mee adimplemini. Et Matth. xi. dicit Venite ad me omnes qui laboratis t onerati estis t ego reficiam vos. s. gratia mea.

¶Secundo etiā probo vnica ratione. vz obiectionis. q. s. deus generaliter vult gratiam suam oibus imptiri. Fundamentū rōnis ponit pbs sentētialiter. 2. de anima di. Quelibet potentia habet propriū obiectū t adequatum a quo nō pōt diuerti. patet hec regula. Nam adequatū obiectuꝫ potentie visiue. ut dicit. 2. de anima. est color. Et ideo naturaliter potētia visiua nō potest se diuertere quin appetat videre actualiter spēm pulcherrimā t coloratā: hec idem faciunt naturaliter oēs alie potētie bois sensitiue. Similiter cuꝫ obiectū potentie volitiue sit beatitudo eterna: ꝓ ut ponūt omnes theologi. in. 4. di. 49. t di. 50. Hinc est q̃ etiā ipsi damnati nō possunt facere quin naturali appetitu ipsam appetāt t desiderēt. Quo supposito peto quod est obiectū propriū t adequatū volitatis diuine: et certū est quod est sua bonitas: a quo obiecto deus nequaq̃ se potest diuertere. q̃ non potest nō velle omne bonū: sed cū dare gratiaꝫ non tm̄ vni sed oibus sit quedā bonitas. ergo ꝓ consequēs non potest deus t imittere: q̃tum in se est quin det omnib⁹ gratiā suam affluenter. q̃ sibi simpliciter t nō alteri gratiam dare vellet. cum talis cōmunicatio bonitatis esset particularis t non vniuersalis: vtiq; voluntas humana. que sm̄ Tho. scōa scōe. q. 2. ar. 2. t sm̄ pbm. 2. Methā. Que habet ꝓ obiecto bonū vniuersale pfectior eēt volūtate diuina: que simpliciter respiceret in cōmunicatione sue gratie bonū particulare. Sed cum sit falsissimū q̃ humana voluntas sit pfectior voluntate diuina: ideo si volūtas humana respicit bonū vniuersale. ergo a fortiori diuina voluntas q̃tum in se est vult omnibus gratiā suam cōmunicare.

¶Tertio h̄ idez probo distinctione dñi Bonauenture in. 4. dist. 17. arti. 1. q. 3. Et in. 2. di. 27. ar. 2. q. 3. di. Cum queritur an facientibus q̃ in se est deus omnibus gratiā suam largiat necessario. Rñdit q̃ duplex est necessitas. scz

coactionis: t hec non cadit in deum: nec hac necessitate tenetur deus alicui gratiam suaꝫ dare. Alia est necessitas seu obligatio mere pactionis t sponsionis: qua ex sua mera benignitate spopondit: pepigit: atq; promisit: omnibus facientibus quod in se est gratiam suam se daturū: sicut promisit Abraam Gene. 15. c. di. Ego sum protector tuus t merces tua magna nimis. nimis scz per gratiam t hac secunda necessitate necessario vult deus: t immutabiliter gratiam suaꝫ omnibus exhibere. ¶Quarto deniq; etiam probo similitudine. qualiter deus vult q̃tum in se est omnibus gratiam dare. Nam. 8. Ethicoꝝ philosophus ait. Generātis ad genitum naturalis est amicitia: patet q̃ naturaliter omnes genitores non tm̄ rationales: sed etiam irrationales: filios suos fouent t nutriunt: et eis necessaria impendūt. et propter hanc naturalem amicitiam filius prodigus. ut habetur Luc. 15. quāuis dissipasset cum meretricibus omnem substantiā: tamen a patre dulciter est susceptus. q̃ si parētes suprādicti cōmunicationem sue gratie t voluntatis naturaliter omnibus filijs semper impendunt. a fortiori deus ipse qui est pater omniū hominū. Ipso dicente Matthei. 23. Vnus est pater vester qui in celis est quem omnes orare iubet. Matthei. 6. di. Cum orabitis dicite: pater noster qui es in celis. gratiam suam omnibus cōmunicabit: cum sit cunctis genitorib⁹ in charitate pfectior: q̃ bene ipse saluator promittit se facturū. cum Matth. 5. di. Estote perfecti. s. in cōmunicatiōe vestre gratie et bonitati. sicut pater vester celestis perfectus est: qui solez. s. o. facit super bonos t malos: t pluit. s. gratiam suam super iustos t iniustos. Ex predictis igitur clarissime patet q̃liter deus vniuersaliter vult oib⁹ gratiā suaꝫ imptiri. Et quoniā sm̄ Aristotelem ab effectu cause cognoscūtur. ut patet primo t scōo posteriorꝫ. Quia ex fructibus cognoscitur arbor esse bona vel mala: seu sterilis: et fructifera. ꝓut ait Saluator Matth. 7. c. Idcirco ut possitis clarius t euidentius cognoscere: q̃ deus noster omnipotens t gloriosus vult nobis omnibus largiri salutem t gratiam suā accipite inter ceteros septem spūales effectꝰ diuine clemētie: quibus euidentissime apparebit sicut prediri. qualiter gratiam suam et salutem vult deus ipse liberaliter vobis cōcedere. Quorum.

¶De septem effectibus diuine clemētie et primo de duobus primis.

¶Primus dicitur effectus preseruationis.
¶Secūdus dicitur effectus purificationis.
¶Tertius dicitur effectus intentionis.
¶Quartus dicit effectus custoditionis.
¶Quintus dicit effectus institutionis.
¶Sextus dicit effectus concessionis.
¶Septimus dicit effectus intercessionis.

Primus igitur effectus diuine clemētie quo clare cognosci potest q̃ omnipotens et gloriosus deus vult omnibus q̃tum in se est gratiam suam cōmunicare t vitam eternam impendere: dicitur effectus preseruationis. Signum profecto euidentissimuꝫ q̃ deus vnicuiq; vult gratiam t gloriam exhibere in hoc apparet. q̃ licet anima sponte cōmittat grauissima t quasi innumerabilia peccata: tamen deus non ꝓmittit. q̃ habilitas t possibilitas liberi arbitrij ita corrumpatur: obstinetur: t indurez: t ꝓuertatur: quin semper faciliter possit de malo ad bonum redire: et ad deum se conuerti. Quem effectum clemētie et pietatis nequaq̃ deus concedere voluit angelis apostaticis quolibet homine per naturam nobiliorib⁹: qui cum in solum superbie peccatum incideriṅ. ¶Prout dicit Bonauentura in scōo distinctiōe xxxvii. arti. primo. q. prima. Tamen eorum libertas tota arbitrij ex hoc peruersa t corrupta fuit: ita q̃ impossibile est. ¶Prout idem dñs Bonauentura in scōo distinc. 7. arti. primo. q. 1. dicit. Ipsum ad deum iterato conuerti ipsum amando ut summū bonum Ratio est inter cetera. quia angelus naturaꝫ simplicissimam ab omni corpulenta materia remotissimā habet. Ideo ad quod semel se conuertit totaliter se conuertit. t sic macula que in intellectu angelico et voluntate cecidit nulla potest vnq̃ vlterius penitentia expiari. quia per talem maculam tota habilitas ad bonum penitus est corrupta. Econtra vero clementissimꝰ deus hanc grām hoi ꝓstitit. q̃ si infinities caderet in petm̄ infiniti es habet adhuc habilitatem possibilitatem

atq; libertatem faciendi bonum ꝛ diuinam gratiam recipiendi. Hec igitur proprietas habilitatis atq; libertatis est signum magne clementie dei: ꝛ est valde vtilis homini ad salutem: immo intantum vtilis: q; si eam demones habere possent: nullas penas sustinerent. Sic enim legitur in vitis patrum: videlicet q; quidam sanctus pater cum obuiaret demoni: inter multa que locuti sunt: dixit sanctus pater ad demonem: qd faceres si adhuc ad regnum perditum peruenire posses? Respondit: si haberem habilitatem ad bonum ꝛ simul carnem ꝛ ossa sicut tu habes: vellem q; millies in die vsq; i diē iudicij caro mea minutim ꝛ membratim incideretur: ꝛ in puluerem redigeretur: dum tamen sic faciendo ad regnum beatitudinis in quo semel fui redire possem. hec ille. Q̄ etiam bodie facerent ceteri homines damnati pro habendo illo beatissimo regno quo propter ipsorum scelera sunt priuati: si haberent habilitatem ad bene faciēdum quam in hac vita iam habuerunt. Sed iam ad propositum redeam⁹. Dico igitur q; quisq; peccator: etiam post grauia ꝛ innumera peccata habet habilitatem: possibilitatem: atq; libertatem penitendi ꝛ benefaciendi: ꝛ ad deū redeundi: q̄ vtiq; est signum euidentissimum maxime clementie: atq; diuine pietatis: qui propter hoc vult omnes saluare quantum in se est: ꝛ omnibus gratiam suam impendere: ꝛ q̄ talis libertas: habilitas: atq; possibilitas penitendi: ꝛ ad deum redeundi: sit etiam in quolibz maximo peccatore. q̄drupliciter ꝓbo. ¶ Primo auctoritatib⁹. ¶ Secūdo ratione. ¶ Tertio distinctione. Quarto crēplo. ¶ Primo probo auctoritatibus Nam Ber. lib. de gra. ꝛ libe. arbi. sic ait. Humana anima in libero arbitrio constituta: quod semel accepit nunq̄ aliqua iniquitate perdere potest. ¶ Philosophus etiam in. 3. de regni. princi. ait. Liberi sumus omnes vsq; in finē ad hoc: ꝛ ad illud. videlicet ad bonum ꝛ malum: ad vitia ꝛ virtutes. hec ille. Et glo. super verba prophete. Anima mea in manibus meis semper est ait. lz voluntas hominis obliquetur per peccata: tamen salus sua semper est in manibus libertatis sue. Hieronymus in questionibus ad helbidiam ait. Deus equali cunctos nos sorte generauit: ꝛ dedit singulis vsq; in finem arbitrij voluntatem vt faciat vnusquisq; quod vult siue bonum siue malum. hec ille. Et ibidem dicit. Oēs homines vsq; in finem suo arbitrio derelicti sunt: neq; enim bonum necessitate compulsi faciunt sed voluntate: vt credentes coronam accipiant: ꝛ increduli proprio arbitrio supplicijs mancipentur eternis. hec ille. Deniq; ecclesia. 15. dicitur. Deus ab initio constituit hominem ꝛ reliquit eum. scilicet vsq; ad mortem in manu consilij sui. Ante hominem bonum ꝛ malum: vita ꝛ mors: q̄ cūq; voluerit dabitur ei. ¶ Scōo etiam probo vnica ratione: videlicet proprietatis. q. s. anima semper est libera ꝛ habilis ad benefaciendū: ꝛ si sit per peccatum corrupta. Fundamentum rationis ponit Cōmentator super. 9. methaphisy. ꝛ etiaz ponit. s. Thomas in. 2. di. 25. di. Manente semper natura rei: necesse est eius naturalia non moueri. patet hec regula. Nam si substantia lapidis duraret in eternum: etiam grauitas que est eius proprietas naturalis duraret vtiq; in eternum: q; si talis naturalis ꝓprietas a lapide auferetur: nequaq̄ amplius lapis diceretur dicente eodem Cōmentatore vbi supra. Qui tollit a rebus suam proprietatez tollit ab eis suam essentiam. Exemplifica de ceteris ꝓut vis. Quo presuppposito certum est: q; substantia anime rationalis ꝛ intellectualis est incorruptibilis ꝛ immortalis. dicēte philosopho 2. de anima. Intellectus videlicet rationalis videtur esse alterum genus anime: ꝛ solum contingit ipsum separari: sicut perpetuū a corruptibili. Et. 3. de anima dicit. Intellectus est perpetuus ꝛ immortalis. Et. 12. methaphysi. ait. Anima non omnis sed intellectualis manet post compositi corruptionez Quod confirmans Saluator Matth. 10. ait Nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere. hec ibi. q; si vt patet substantia anime est incorruptibilis. igitur per consequens necesse est q; eius naturalis proprietas que est libertas arbitrij ad bonum ꝛ ad malum sit incorruptibilis. dicente philosopho. 7. physicorū. t. 9. methaphi. ¶ Potestates nāles se hūt vno modo potestates vero rōnales se hūt ad oppositа.

Sz si per peccata talis libertas totaliter corrumperetur: nequaq̄ extūc qui nunc est homo posset dici homo: ergo cum semper ut ꝓbatuz est talis proprietas libertatis sit in homine. sequitur q; semper habet posse in hac vita. et penitendi ꝛ ad deum redeundi. et diuinam gratiam recipiendi. ¶ Tertio hoc idem probo distinctionibus. Et primo distinctione beati Thome prima parte summe. q. 83. articulo primo in corpore questio. dicētis Cum queritur an in homine semper remaneat vsq; ad finem habilitas ꝛ libertas li. ar. ad bonum. Respondeo q; sic. Alioquin frustra essent consilia: exhortationes ad penitentiam: receptiones: prohibitiones: et huiusmodi. ¶ Ad cuius euidentiā sciendum est q; quedam agunt absq; iudicio sicut lapis mouetur deorsum: ꝛ similiter omnia cognitione carentia. Quedam agunt iudicio: sed non libero. sicut animalia bruta. Iudicat enim ouis videns lupum esse fugiendum naturali iudicio: sed non libero. quia non ex collatione rationis. sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Similiter est de quolibet indicio auium seu brutorum animalium. Homo vero agit iudicio quo per vim cognoscitiuam iudicat aliquod esse fugiendum vel prosequendū. Sed quoniam iudicium istud non est ex naturali instinctu ꝛ particulari operabili: sed ex collatione quadam rationis. Ideo magis potens est in diuersa: ratio enim circa contingentia habet viam ad opposita. ut patet in dyalecticis syllogismis: et rethoricis persuasionibus particularia autem operabilia sunt quedam contingentia. ꝛ ideo circa ea iudicium rationis ad diuersa se habet: ꝛ non est determinatum ad vnum tm̄. Et pro tanto necesse est q; homo ex quo rationalis est. sit semp vsq; in finem in libro arbitrio ad bonum ꝛ malum. seu ad vitia et virtutes. Hec Thomas. ad litteram. ¶ Et qua distinctione patet q̄liter peccata q̄uis multa et grauia nunq̄ sic corrumpunt bonitatem anime: quin semper diuina clementia habeat plenam libertatem a malo ad bonum se conuertendi. Aliam distinctionem egregiam. et valde notabilem. ponit dominus Bonauentura in secūdo. distinctione. 35. arti. 2. questio. 3. quā etiaz ponit Tho. diuci simode libro tertio. Cōtra gentiles capi. xi. Et etiam in questionibus de malo. in questione Vtrum peccatum diminuat bonum nature: Sed formaliter in prima parte summe questione. 48. articulo quarto. Cum queritur (inquit dominus Bonauentura) An diuina bonitas permittat per peccatum totam habilitatem et bonitatem libe ri arbitrij corrumpi: ne possit aliquis amplius benefacere et diuinam gratiam accipere Respondeo q; triplex est bonum. scilz nature: gratie: ꝛ habilitatis: seu potentie. Bonum nature in tribus precipue consistit ſm Augustinum in libro de natura boni. videlz in modo: in specie: et in ordine. seu ſm Salomonez Sapiēn. vndecimo. In numero pondere et mensura. Quorum sufficientia sic intelligit Nam modus: species: ꝛ ordo: seu mensura. numerus: et pondus. sunt quedam dispositiones que conueniūt cuilibet bono seu cuilibet rei create. per respectum ad causam efficientem. formalem. et finalem. Inde modus vel mensura est dispositio rei prout defertur ad causam efficientem. que dat esse terminatuz et mensuratum cuilibet rei. Species autem et numerus est dispositio rei prout refertur ad causam formalem: ſm quam quelibz res per formā specificatur et ab alia re distingitur. Pondus vero vel ordo est dispositio rei prout refertur ad causam finalem. Vnde dicit Augustinus super Gēnes. ad litteram. Q̄ mensura modū prefigit quo ad primuz Numerus omni rei speciem prebet quo ad secūdum. Pondus vero in suo loco ordinat et quiescere facit quo ad tertium. Hoc autez triplex bonum nature. nec tollitur nec diminuitur q̄tum ad essentiam per aliquod malum culpe: quod tali ratione ostendo. Illud enim bonum non tollitur nec diminuitur ꝓ peccatū. quod nō opponitur peccato ꝛ p consequens in eo cristit peccatum. sed bonum nature non opponitur malo culpe: immo in tali bono consistit malum vt in subiecto vel causa. quod patet: quia peccatum non tollit voluntatem. immo in voluntate consistit peccatum. Igitur q̄uis triplex bonum predictū nature per peccatum aliqualiter deformetur Non tamen propter hoc tollitur nec corrumpitur. seu diminuitur. Et sic q̄tum ad hoc dicit Augustinus. q; fallit regula dyale-

ticorum:dum malum est in bono. Aliud est bonum gratie:et hoc bonum tollitur et corrumpitur per peccatū: qđ tali ratione ostendo. Nam vnum oppositorum naturaliter tollit et excludit reliquū sic tenebra excludit lucē sibi oppositam. Sed clarum est q̄ peccatum tanc̄ tenebra spiritualis opponitur luci gratie:igitur per consequens peccato aduenientе in anima tota gratia gratum faciens que erat in ea corrumpitur. ¶Tertio deniq̄ dico q̄ est bonū potentiale seu habilitatis anime ad bonum et ad diuinam gratiam: et hoc bonum per peccatum non omnino tollitur et corrumpitur: sed bene notabiliter diminuitur: et tanto plus quāto plura peccata perpetrantur: quod tali similitudine ostendo. Sua re creatura rationalis se habet ad gratiam: sicut oculus ad lumen: sed oculus in tenebris existens fit minus habilis ad videndum lucem: ergo a simili quanto plus anima peccata multiplicat: et in peccato manet tāto fit minus habilis ad percipiendum lumen diuine gratie. Iz autem talis habilitas anime ad diuinam gratiam per peccata quasi in infinitū diminuatur: nūq̄ tamen tale bonum habilitatis totaliter tollitur manente natura anime: etiam si peccata in infinitum multiplicentur: sicut verbi gratia. Si in infinitum interponantur corpora opaca vel obscura inter solem et aerem: diminuitur in infinitum habilitas acris ad susceptionem luminis: nunq̄ tamen totaliter tollitur manente aere: similiter in infinitum potest fieri additio in peccatis: per que semper magis ac magis minuitur habilitas anime ad susceptionem diuine gratie. Nam peccata sunt quedam obstacula inter animam et deum. Sic enim dicitur Isa.59. Peccata vestra diuiserunt inter vos et deum vestrum: propter quez tamē multiplicationem nunq̄ totaliter tollitur habilitas anime ad bonum Iz diminuatur. Et ratio est. quia non minuitur anima alicuius partis. ablatione: sed elongatione non sm id quod est sed sm illud. s. gratiam ad quod est: hoc enim modo illi habilitati opponitur: et ideo per hunc modum a culpa diminuitur. Hoc sententialiter Tho. in supradictis locis Sed formalius Bonauentura. Ex qua etiā distinctione patet: qualiter per diuinam clementiam nunq̄ sic corrumpitur anima per peccatum quin semper habeat habilitatem possibilitatem: atq̄ libertatem redeundi ad deum: et diuinam gratiā recipiendi. ¶Quarto deniq̄ probo exemplis. q̄. s. post peccatum per diuinam clementiam remanet in quolibet peccatore etiam maximo habilitas bene faciendi: et diuinam gratiam suscipiendi. ¶Primum exemplum habemus de latrone pendente ad dexteram saluatoris: qui, put tradunt hystorie: cum quasi toto tempore vite sue perseuerasset in perpetratiōe quasi innumerabilium peccatorum. tamen vt habetur Luc.23. Et diuinam gratiam suscepit et saluatus est. Vnde cum dixisset. Memento mei domine dum veneris in regnum tuū statim audiuit a domino. Amen dico tibi: quoniam hodie mecum eris in paradiso. Clarum est igitur q̄ hic latro ideo dignam gratiam suscepit: quia a malo ad bonum se conuertit: sed quomodo de malo ad bonum se conuertisset nisi habilitatem et possibilitatem et ad bonum conuertendi habuisset. O pecq̄ tor: tu quoq̄ fac simile. Aliud exemplum habemus de superbissimo Nabuchodonosor Rege: qui cum deum diu per superbiam offendisset: eo q̄ tanc̄ deū se adorari iussisset: tū ad deum tandem se conuertit: et a superbia ad humilitatem redijt: quod nequaq̄ fecisset nisi possibilitatem ad hoc faciendum per diuinam clementiam habuisset. totum oppositum fecit Pharao Rex egipti: quem cum Moyses ex precepto dei admoneret vt populz israbel dimitteret: et sic beneplacito diuine voluntatis et gratie se subijceret: totum contempsit: cum tamen libere facere potuisset. Ideo non immerito a deo extitit reprobatus. Que simul duo exempla ponit Aug. 23.q.4.c. Nabuchodonosor. di. Nabuchodonosor penitentiam meruit fructuosam. Nonne post innumeras impietates flagellat⁹ penituit et regnū qđ perdiderat rursus accepit. Pharao autem in ipsis flagellis durior est effectus et periit. hic mihi rationem reddat q̄ diuinum consilium nimium alto et sapienti corde diiudicat: cur medicamentum vnius medici confectum: alij ad salutem: alij ad interitum valuerit: nisi quia Christi bon⁹ odor alijs est odor vite in vitā: alijs est odor mortis in mortem. Quantum ad naturam ambo homines erant. quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad culpā ambo populum dei captiuum tenebant: quantum ad penam: ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fecit fines eorum esse diuersos: nisi quia vnus manum dei supra se sentiens in recordatione proprie iniquitatis ingemuit Alter vero libero contra dei misericordissimam bonitatem pugnauit arbitrio. hec ibi. Ex predictis igitur auctoritatibus ratione distinctione atq̄ exemplis patet primus effectus diuine clementie quo clare cognoscitur q̄ deus omnibus quantum in se est vult gratiam dare: qui dicitur effectus preseruatiōis.

¶De scōo effectu diuine clementie qui dicitur effectus purificationis.

Secundus effectus diuine clementie quo clare cognosci potest q̄ omnipotens deus vult omnibus gratiaz impendere: dicitur effectus purificatiōis: videlz peccatorum. Quia cum parum prodesset aie sua libertas et habilitas se conuertendi ad deum: nisi mundaretur a maculis peccatorū Idcirco cognoscens deus q̄ anima per peccatum corrupta et maculata: non potest introduci ad celestem gloriam nisi purgata prius fuerit ab omni sorde peccatorum. dicente Joan. Crisosto. de consecra. distinc. 4. c. Nō potest. Non potest quis vite celestis gloriaz accipere: nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati. Et cognoscens insuper deus ipse q̄ anima cuius libera sit: nulla tamen virtute sua potest a se expellere sordes peccatorum. Hinc est q̄ nimia victus pietate: cum quadam luce gratie incausate effectiue: et etiaz cū quadam luce gratie create formaliter deus ipse tam misericorditer q̄ pie expellit ab ipsa anima omnes maculas peccatorum: eāq̄ integraliter purificat. Que vtiq̄ gratia tante ē virtutis et efficatie atq̄ potētie. q̄ etiam sigs tot annis steriisset in peccato quot fuerint ani Matusalē qui fuerunt. 969. vt habet Hen. 5. c. Et insuper in annis ipsis tot peccata per petrasset quot sunt stelle celi. Et vltra hoc cō misisset omne peccatum etiam in spiritū sanctum quod teste Saluatore est irremissibile. Matth. 12. Tamen predicta gratia tante virtutis est: q̄ simul et semel ingrediens animā expellit ab ipsa in instanti maculas omniuz delictorum. Et q̄ diuina clementia cum predicta gratia animam purificet a maculis peccatorum. Quintupliciter probo. Primo auctoritatibus. Scōo rationibus. Tertio distinctionibus. Quarto similitudinib⁹. Quinto exemplis. ¶Primo probo auctoritatibus Nam Crisosto. diffiniens gratiam sm effectum: prout ponit Bonauentura in. 2. distin. 26. in questionibus circa litteram ait. Gratia est sanitas mentis: purgatio criminis: et delectatio cordis. Similiter glosa super epistolas Pauli: vt ibidem ponit Bonauentu. dicit. Gratia est perfecta iustificatio et remissio peccatorum. Apostolus etiaz ad Roma. 3. ait. Omnes enim peccauerunt et egent gratia dei. Justificati igitur sumus gratis p gratiam ipsius: et per redemptionem que est in Christo iesu. Et ad Ro. 5. dicit. Vbi abundauit delictum superabundauit et gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortez: ita et gratia regnet per iusticiam et vitam eternaz. Et ad Ephe. 2. propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos deus cum essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in xpo: cuius gratia saluati estis et iustificati. Deniq̄ Hieronymus de penitē. distinc. j. Ex his omnibus ait. Quia diuinitatis natura clemens ē et pia magisq̄ ad indulgentiam q̄ ad vindictam prona: que non vult mortez peccatoris sed vt magis cōuertatur et viuat. si quis post lapsum peccatorum ad penitentiam se cōuerterit cito a misericordе iudice veniam impetrabit. Hec ille. Ex predictis igitur omnib⁹ patet intentum auctoritatibus. ¶Secundo hoc idem probo duplici ratione. ¶Primo ratione oppositiōis. Scōo ratōe obiectiōis ¶Primo ergo ratiōe oppositionis. Fundamentum huius ratiōis ponit phs. io. metha. di. Priuatio non remouetur ab aliquo subiecto nisi per habitus positionez. patet hec regula. Nam tenebra que nihil est aliud nisi q̄dam priuatio lucis: vt dicit. 2. de anima. Nō expellitur ab aere nisi per aduentum seu habitū (vt sic dicā) et positionē ipsius lucis: que aduentus fugat tenebras ab aere tāq̄ qđā contrariū. Nam habitus et priuatio (vt dicit idem phs. io. metha) sunt radix contrariorum Item priuatio castitatis expellitur per aduētum et habitum ipsius castitatis. Quo pre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

suppositio:certum est ſm Augustinū in libro de nā boni.q; peccatuz nō est aliq̄ substantia sed simpliciter nihil est nisi quedam priuatio boni:q; si sic est: necesse est q; expellatur per habitum sibi contrarium. Sed talis habitus ſm Theologos est gratia: ergo gratia tam creata q̄z increata:est anime purificatiua:z expulsiua omnium peccatorum. Et confirmatur ista ratio sic. Clarum est enim q; nullum peccatum dimittitur alicui sine caritate:quoniam omnia peccata operit caritas.vt dicitur ℣Prouerbio.io. Et prima ℣Pe. 4.Sed manifestum est ſm sententiā Theologoruz:q; caritas sine gratia dei haberi nō potest: immo aliqui tenent quod ad presens non teneo (q; caritas z gratia dei sunt idem per essentiam:sed solum differunt relatione sicut lumen z radius.) q; si sic est q; caritas non sit sine gratia quia sic est. cōcluditur vt prius q; gratia simul cum caritate est anime iustificatiua. ¶Scōo hoc idem probo' ratione obiectionis. Fundamentum rationis ponit phus.2.de anima dicens. Inter potentiam z obiectum necessario requiritur proporcio.patet hec regula. Nam si medicina debz expellere infirmitatem ab egroto: requiritur necessario q; fit tante fortitudinis z maioris quāte malitie z grauitatis est ipsa infirmitas.q; si medicina cēt minoris potentie nūq̄z sanaret egrotum. Quo presupposito: certum est q; culpa qua deus offenditur est infinita: non subiectiue:cum a subiecto finito:nō egrediatur actus infinitus:sed simpliciter obiectiue:eo q; culpa cōmissa fit contra deum qui est infinitum bonum. Sed clarum est q; bonitas liberi arbitrij est simpliciter virtutis finite:z per consequens non sufficit per se ad expellendum infinitam maliciam ipsius peccati:quod deus videns misericorditer infundit in ipsam animā gratiam suam: que cum sit infinite virtutis z bonitatis:faciliter purgat animā ab'infinita malicia omnium peccatorum. ¶Tertio idem probo distinctionibus:q; diuina clementia cum gratia sua creata z increata tanq̄z prorsus necessaria expellit ab anima omnem maculam peccatorum Et prima distinctio est Ricar.in.4.distinc. 17.articu.4.qōne.2.in corpore qōnis. dicēt'. Cum quaritur an ad iustificationem impij vltra bonam habilitatem liberi arbitrij requiratur gratie infusio. Respondeo q; sicut vnde sicut quando ex vno elemento fit aliud concurrunt quattuor.scilicet vnius forme corruptio: z alterius generatio: z dispositio ad corruptionem illius forme:z dispositio ad generationem alterius. Sic cum de impio fit iustus:necessario requiruntur quattuor: scilz impietatis destructio:que est culpe remissio: z gratie infusio:z dispositio ad destructionez impietatis:que est culpe detestatio. Et dispositio ad susceptionem gratie: que est libe.ar. ad deum conuersio. Et sic patet q; gratie infusio necessario requiritur ad impij iustificationem.h Ricardus ad litteraz. ¶Aliam distinctionem ponit Thomas pma scde.qōne io9.articu.7.dicens. Cum quaritur an ad iustificationem impij diuina gratia necessario requiratur. Respondeo q; sic. Nam per peccatū homo tria mala icurrit. ¶Primo āmittit decorem:quia per id anima maculatur. ¶Scōo āmittit ordinem eo q; per peccatum mortale anima a deo separatur. ¶Tertio incurrit pene horroꝛem:quia per peccatum aia cruciatur.hec autez tria reparari nō possunt nisi per auxilium diuine gratie in anima infuse:quod sic patet. ¶Primo enim decor et nitor mentis non reparatur nisi per lumen diuine gratie. ¶Scōo ordo mentis ad deuz obliquatus non rectificatur nisi per gratiam dei trahentem mentem z ordinantē. ¶Tertio horroꝛ pene eterne non potest remitti nisi a deo: qui sui gratia potest peccatum contra se cōmissum:z penam peccati remittere. h Thomas sriatur. Aliam deniq̄z egregiam z auream distinctionem ponit seraphicꝰ dominus Bonauentura in.2.distinc.28.arti. j.q.j.in corpore qōnis dicens. Cum quaritur an gratia gratum faciens requiratur ad expulsionez culpe. Respondeo q; sic. Sed in huius questionis determinatione aliter senserunt philosophi:aliter heretici: z aliter recitatores catholici. ℣Philosophi enim ignorantes qualiter peccato offendatur diuina maiestas:z qualiter per ipsum adimitur habilitas potentiarum:direrunt q; homo per exercitationē potest fieri iustus sicut p inordinationem a recta ratione factus fuerat iiustus Vnde phus dicit. ℣Frauus ad melioꝛes

exercitationes deductus a natura:aut multū proficiet:aut perfecte in contrarium habituz restituet. Heretici vero aliq̄ lumē fidei habentes cognouerunt q; per peccatum offenditur maiestas diuina z quodāmodo dānificatur. Excecati tamen non considerauerunt qualiter ex culpa natura infirmatur. Et ideo direrunt q; ad hoc q; liberum arbitriū a culpa resurgat:nō est sibi necessaria aliqua gratia curans:sed sufficit sola gratuita dei misericordia:qua inclinatur ad remittendum peccata nostra propter satisfactionem quā xps sibi facere voluit dum se in cruce pro nobis obtulit. Sed hec positio non tū a veritate deficit:sed etiam dum contraria implicat seipsam destruit. Dicit enim q; ad hoc q; lib.ar. a culpa resurgat:necesse est q; deus remittat sibi culpam:z tamen non est necesse q; aliqd sibi tribuat:vel circa ipsum faciat. Si enim deus non mutatur:z ipse in tū iustus iudex est:vt nihil acceptet nisi tantum quantum valet. Ad hoc q; culpa remittat z peccatoꝛ deo reconcilietur.necesse est q; aliquid ipsi peccatoꝛi tribuatur:per quod morbus peccati sanetur catholicoꝛ. Catholici vero tractatores ex luce fidei z auctoritate scripture cognouerūt: q; peccatum est z dei offensiuum z quodam modo dānificatiuuz dum homo se transfert a seruitio dei ad seruitium diaboli:est etiam imaginis deformatiuum. Et ideo direrunt ad hoc q; liberum arbitrium resurgat a culpa:necessaria est gratia dei: non solum ſz q; gratia dicitur gratuita voluntas dei.nec etiā ſm quod dicitur liberalis passio xpi :sed etiā ſm q; dicitur habitus animi. Gratuita enī voluntas dei ad hoc concurrit:vt fiat offense remissio.volūtarie enim nobis condonat offensam. Liberalis autem passio christi ad hoc concurrit:vt fiat dāni satisfactio.habitus autem gratie infusus ad hoc concurritvt fiat morbi curatio:z imaginis deformate reformatio. Et ideo ad hoc q; homo purgef a culpa:multum per omnem modum necessaria est sibi gratia dei infusa. Hic Bonauentura ad litteram. Ex predictis igitur distinctionibus patet qualiter deus per suam clementiam cum gratijs tam creata q̄z increata:expellit ab anima maculas omnium peccatorum. ¶Quarto h idem probo vnica similitudine. Clarum est enim q; lumen corporis non potest naturaliter recuperari vel reberi a ceco per virtutem totius nature: dicente pho.in post predicamentis. Ab habitu i priuationem fit mutatio. A priuatione vero in habitum impossibilis est regressus per naturam.hec ille. Nō si talis cecus debet illuminari:requiritur ad hoc virtus supranaturalis. Manifestum est autem q; per peccatū anima spiritualiter fit cecа dum priuatur lumine z cognitione veritatis: dicente Augu. in lib.de natura z gratia. ℣Preuaricatoꝛez diuine legis:lur deserit veritatis:qua desertus vtiq̄z fit cecus. hec ille. Et sapientie scō. Salomon ait. Excecauit eos malicia corum Et Sophonie.j.dicitur. Ambulabunt vt ceci quia domino peccauerunt. Sed talis cecitas anime que fit per peccatuz maioꝛ est z peioꝛ omni cecitate corporali:igitur ad illuminandum animam requiritur a fortiori virtus supernaturalis diuine gratie infuse. Hoc etiaz patet per similitudinem mortis. Sicut enim aliquis potest naturaliter ab habitu in priuationem incidere:vtputa:de vita ad mortem non tamen econtrario:nisi per virtutem supnaturalem. Sic quilibet potest a gratia cadē in peccatū per quod anima spiritualiter moritur:dicente. Eze.28.c. Anima que peccauerit ipsa morietur. Non autem a statu culpe ad vitam gratie naturaliter z per se potest redire:sed necessario requiritur supernaturaliter a diuina gratia excitari. Et qua similitudine patet idem quod supra. ¶Quinto deniq̄z h idem probo vnico exemplo:videlz peccatricis Magdalene:de qua vt dī Matth. vltimo. Dominus eiecit septem demonia.i. septem peccata mortalia. Vnde Grego.in Omel.super Luc.dicit. Quod per septez demonia nisi vniuersa peccata designātur. Septem igitur demonia Magdalena habuit: quia vniuersis vitijs plena fuit.hec ille. Sed omnia peccata saluatoꝛ ab eius anima tunc expulit:quādo existens in domo Symonis leproſi.vt habetur Luc.7. Et videns eius lachrymas:de illa dixit. Remittūtur ei peccata multa.s.per gratiam: qm̄ dilexit multum. ¶Ex predictis igitur auctoritatibus rationibus:distinctionibus:simile:z exemplo. patet etiam effectꝰ secundus diuine clementie quo clare cognoscitur q; deus vult oēs saluare dum per gratiam suam animam purificat a cunctis maculis peccatorum qui dicitur effectus purificationis. Quā anime puritatem

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝛ peccatorum remissionem nobis concedat dominus Jesus in presenti per gratiam ꝛ in futuro per gloriam qui est benedictus in secula seculorum.

¶ Feria.vj.post dominicam septuagesime. Iterum de qualitate fidei.sermo sextus.

Ades tua te

saluam fecit.Luc.7. Declaratis duobus effectibus diuine clementie. Nūc enim in supradicto precedenti sermone tertius declarandi ne sermo prolixior esset. Habeo in presenti sermone duos alios effectus eiusdem clemētie simpliciter declarare. Nec mireris si ſm aliorum morem trinario articulo aliquando non vtar in sermonib⁹ meis:qm̄ magna rerum substantia atqꝫ efficax ꝓbatio veritatū me sic interdum facere cogunt. ℣Poteris tū tu tali modo vti.vel iurta consuetudinem vſi tatam tres particulas seu tres articulos pro quolibet sermone fiendo:duas tamē seu duos tm̄ declarando: duos igitur in hodierno sermone:sicut ꝛ in hesterno diuine clemētie effectus simpliciter declarabo:quorum ꝑm⁹ imo tertius in ordine talis erit.

¶ De duobus alijs effectibus diuine clementie seu de tertio qui dicitur effectus inductionis.

io. metha. Contraria corrumpunt cõtraria et simul sunt preseruatiua ꝓtrioꝝ. pz ꝟ regla. Nam medicina salutifera simul t semel corrumpit t destruit infirmitatem: t insup preseruat a futuris infirmitatib9. Sili9 ignis coz seruat a futuris infirmitatib9. Silr ignis coz rumpit frigiditatem in aqua: t insuper eam preseruat dum eam semp calefacit: aut ab eq li: aut a maiori frigiditate. Quo presupposito certũ est q sacra ecclesiastica corrumpunt seu destruunt infirmitates spũales animarũ que sunt peccata: t insuper aias purgatas a peccatis preseruant. Vnde Ugo lib. j. de sacramentis pte. 9. c. 5. ait. Sacra dei medicine sunt spũales que foris corporibus adhibent per visibilem spem: sed intus animas sanant t conseruant per inuisibilem virtutem. ꝟ ille. Et q ꝓmo purgẽt aias a peccatis tanqm medicine eis cõtrarie. pz quia diuersis generib9 culpaꝝ sacra contraria adaptant. ¶ Prout dic Ricar. in. 4. di. 2. ar. j. q. 4. Vnde baptismus est contra culpam originalem. penitentia ꝺ actualem mortalem. Extrema vnctio: contra culpam venialem. Ordo: ꝺra ignorantiam. Matrimoniũ: ꝺra concupiscentiã. Confirmatio: contra infirmitatem. Eucharistia: contra maliciam: q eucharistia est sacrm caritatis: que per se opponit malicie. Vel dicas q non tn sacra aiam a peccatis purgãt: sz etiã preseruant: vnde sacra data sunt in remediũ peccati septẽ modis. ¶ Primo culpam impediendo ne fiat: ideo datũ est sacrm matrimonij. s. ad concupiscentiã carnis impediendam t refrenandã. ¶ Scõo culpam contractaz subtrahendo: t ꝓpter hoc inuentũ est sacramentum baptismi cõtra culpam originalẽ: in quo gratia infunditur: que etiã fortificat aiam cõtra peccata. ¶ Tertio de culpa cõmissa satisfaciendo: t sic contra culpaz actualẽ sacrm penitentie est institutuz. ¶ Quarto disponendo t sic sacrm ordinis inuentũ est ad executionẽ bonoꝝ. Inquãtum ordo boiez reddit idoneũ ad dispensationẽ sacroꝝ. ¶ Quinto abluẽdo vel funditus destruendo: t sic inuentũ est sacramentũ extreme vnctionis: que est quedaz delibutio reliquiaꝝ peccati: t i qua fit remissio peccatoꝝ si que sunt. ¶ Sexto ꝓfirmando t sic est confirmatio que hominẽ fortem ꝙ red dit: vt nomen xpi, ꝓpter pressuras mundi nõ refugiat confiteri. ¶ Septimo coniungendo: t sic est sacrm eucharistie: quo. s. coniunguntur membra capiti. Et q hoc sacrm est vltimus terminus nostre sanctificationis. Ideo dicit Dyonisius q ois alia sacrificatio in cuchari stia terminat: t ideo ordinati t baptizati eucharistiã sumũt. ¶ Tertio insuper ꝑbo sacra fuisse necessaria rõne restaurationis. Clarus est enim fm Augu. vt habetur de pc. di. 5. c. consideret. q omnis virtus patitur detrimẽtum ab vno vitio. i. q per vnum vitiũ expelli tur ab anima omne meritũ virtutũ infusaꝝ: propter qõ ex de reg. iur. in regula defleat dicitur. Defleat peccator qz offendens in vno factus ẽ oiuz reus. ¶ Propter h igitur diuina clementia spãliter instituit sacrm penitentie t confessionis in quo remittunt peccata: dicẽte. ꝑpha. Diri ꝓfitebor aduersum me iniustitiam meam dño: t tu remisisti impi. peccati mei. Et Jo. 20. dicit. Quoꝝ remiseritis peccata. s. per sacrm penitẽtie t ꝓfessionis: remittunt eis. Et quoꝝ retinueritis: retenta sunt. Et in quo penitentie sacro plenarie restituũt t reacquirunt omnes virtutes per peccatum iam amisse. dicente Ambro. ¶ Penitentia est res optima que omnes defectus reuocat ad profectum: qõ optime ꝓfirmãs Ricar. in. 4. di. 14. ar. 8. q. j. in corpore. q. dicit. Cuz queritur an omnes virtutes per sacrm penitentie restituãt. Rñdeo q per penitẽtiã oẽs virtutes amisse realiter restituũt loquẽdo de illis virtutibus que i hoic sunt ꝑ infusionẽ. Et ideo est: quia caritas non põt esse in anima cum carentia alicuius virtutis necessarie ad rectitudinẽ spũalis vite. Sed clarx est q ꝑ penitẽtiam remittunt oia peccata: que remissio eẽ non põt sine caritate. q si restituit virt9 caritatis per sacrm penitentie: segtur etiam q ꝑ penitentiam restituunt oẽs virtutes amisse necessarie ad rectitudinem vite: t ad salutem necẽrie. ꝟ Ricar. Dõ aliter egregie ꝓfirmãs sanctus Bonauentura in. 4. di. 14. arti. vlti. t. q. 2. dicit. Cum queritur an perfecta penitẽtia restituat hoiem in pristinũ gradũ virtutum amissaꝝ. Rñdeo q sic. Nam gratia t virtutes causant in nobis ex diuina influentia: sic lux in aere ex irradiatiõe solari per modum cause efficientis per se. ¶ Per peccatũ vero fit per nubẽ ꝓhibẽs illa influentia. Et q ꝑ penitentiam tollit nubes illa: Ideo quasi ꝑ modum cause efficientis per accidens. s. q̃ remouet ꝓhibendo t repatur in nobis ꝑ penitentiam oĩs virtus t gra fm cẽntigz: sed nõ fm statũ. Oẽs ergo habitus virtutũ ꝑ penitẽtiã

infunduntur ſm ſubſtantiam ⁊ eſſentiaꝫ coꝝ ⁊ non ſm ſtatum: quia virginitas non reddi tur: nec ſm modū priozeꝫ: q⁹ non ita intenſe ſꝫ plus vel minus ſm diſponeꝫ. ħ Bonauē tura ſententialiter. Er predictis ergo rōnib⁹ pꝫ qualiter cōueniens fuit ad ſaluē humani generis: q⁹ diuina clementia inſtituerit eccle ſiaſtica ſacra. ¶ Tertio ħ idem ꝑbo vnica di ſtinctōc. Ric. in. 4. di. j. ar. 4. q. j. in corpore. q. di. Cum querit an inſtitutio ſacroꝝ fuerit no bis neceſſaria ad diuinā gr̄am recipiendam Rñdeo q⁹ deus ab eterno preordinauit nāꝫ humanā ſibi in ꝓſonam filij vnicndā in tpe: ad reconciliandū ſibi genus humanū ⁊ a ſer uitute diabolica liberandū: ſꝫ ꝑuidebat i pri mis parētibus qd ſibi erat facturus propter hoiem lapſum: ⁊ in diabolicam ſeruitutē ca ſurum. Impletio aūt illius preordinationis inter oēs res per tempus ortas ſumma gr̄a fuit. Vñ Augu. i3. de trinitate. In rebus in quit per tempus ortis illa ſumma gratia eſt q⁹ homo in vnitate perſone cōiunct⁹ eſt deo. Et ideo tempus in quo fuit hoc completum vocatur ab aplo ad gal'. 4. Plenitudo tpis q⁹ tunc oſtenſa fuit hūano generi diuine gr̄e plenitudo. vnde rōnabile fuit vt lex in illo tē pore data ab ore illius in quo deus plenitu dinem gratie poſuerat eſſet lex plenitudinis ad hominē reconſiliandū ⁊ de ſeruitute dia bolica liberandū Sed q⁹ ħ non pñt fieri ſine gratia gratum faciēte. Ideo data eſt lex gr̄e perfectiui aūcte legis debet rñdere ſanctoꝝ cius perfectio. Et ideo rōnabile fuit vt in illa lege talia inſtituent ſacra in quoꝝ ſuſceptiōe conferret gratia q̄ homo deo recōciliaret: ⁊ de ſeruitute diabolica liberaretur. ħ. Ric. ad litteram. Er predictis igit̄ auctoritatibus: ra tionibus: atqꝫ diſtinctiōc. pꝫ qualiter diuina clementia nō imerito ordinauit ⁊ inſtituit ec cleſiaſtica ſacra: ereꝙ vt patuit ſaluti noſtre ſunt neceſſaria. Et ꝑpter ħ oēs infideles qui ſponte ſe excludūt a prefatis ſacris: nec pecca toꝝ veniam: nec virtutū infuſionē tā mo ralium q̄ theologicaꝝ: nec inſup diuinā gra tiam ⁊ eternā gliam pñt ſuſcipere ⁊ mereri. Et idcirco oia coꝝ moralia opera que faciūt falſa ſunt ⁊ prorſus inutilia ad ſalutem. Vñ 28. q. j. §. ex his. dicit. Vbi eni deeſt cognitio eterne ⁊ incōmutabilis veritatis ſlā virtus ē etiam in optimis moꝛib⁹. Et Greg. j. q. j. c. Cum ſ Paulus. ait. Cū ſ Paulus dicat q⁹ fun damentum aliud nemo pōt ponere ꝓter id q⁹ poſitum eſt. conſequēter ꝓbat q⁹ vbi xp̄s non eſt fundamentū nullū pōt eſſe boni ope ris ſuper edificium. ħ. ille. Et ſic ex predictis oibus etiam pꝫ gntus effectus diuine clemē tie: quo clare cognoſcit: q⁹ deus oibus quātū in ſe eſt vult gr̄am ⁊ gloriam impendere qui dicitur effectus inſtitutionis.

¶ De ſexto effectu diuine clementie qui dici tur effectus conditionis.

Sextus inſuper effect⁹ diuine clemē tie: quo clare cognoſci pōt q⁹ oipotēs ⁊ glorioſus deus vult oibus quātuꝫ in ſe eſt ⁊ ſuam gr̄am ⁊ eternā gloriā impen dere: dicitur effectus conceſſionis. ſ. indulgen tiarū. Prouidens enim diuina ſapientia: q⁹ propter ſacm penitentie ſimul cū vera con tritione: pena eterna que debebat peccato q clementiā ſuam conuerſa eſt in temporalem vel purgatoriam penam: que tranſcendit in acerbitate omnes ſimul penas pñtis vite. di cente Augu. 25. di. c. Qui in aliud ſeculum di ſtulit fructum conuerſionis: ꝑus purgabitur igne purgationis. Hic ignis ⁊ ſi eternus nō ſit: miro tñ modo grauis eſt: excedit eni oēm penam quā vnq̄ aliqs paſſus eſt in hac vita vel pati pōt nūq̄ in carne tanta eſt inuenta pena ꝙ mirabilia paſſi ſint martyres tormē ta: tñ in eius comparatione nulla ſūt. hec ille Et idem Augu. ꝓout ponit do. Bonauen. i 4. di. 20. ar. j. q. 7. etiam dicit. Ignis ille pur gatorius durior eſt: q̄ quicqd i hoc ſeculo pe narum: aut videre: aut cogitare: aut ſentire q⁹ poſſit. hec ille. Cogitauit er abūdantia charitatis ſue: etiam aliud remedium humano ge neri impendere: quo ſimul cū eterna pena et euaderent oēm temporalem ⁊ purgatoriam penam: vt ſic aie munde tam ab oi culpa q̄ ab oi pena recto tramite aſcenderent ad glo riam vite eterne. Conceſſit igitur ꝑpter hoc clementiſſimus deus ſ Petro ⁊ ſucceſſoribus eius aūctatem plenariam: vt non tñ remit tant oēm culpam per ſacm penitentie: verū etiaꝫ indulgentias tribuāt: quibus oīs pena temporalis ⁊ purgatoria peccatis debita in tegre remittat. Et q⁹ realiter ꝓ diuinā clemē tiam omnis pena purgatorij que ſi quis i eo ſtare deberet vſqꝫ ad diem iudicij: auctorita te ſummoꝝ pontificū realiter ⁊ integre remit tatur tripliciter ꝓbo. ſ Primo auctorita-

tibus ſ Secundo ratione. ſ Tertio diſtin ctione. ¶ ſ Primo ꝓbo auctoritatibus. Nam vt habetur Matth. 16. dñs Jeſus di rit ſ Petro. Tu es ſ Petrus ⁊ ſuper hanc pe tram edificabo eccleſiam meam: ⁊ porte iſer ni non ꝓualebāt aduerſus eam. Et tibi da bo claues regni celoꝝ. ⁊ q̄cūq̄ ligaueris ſu per terram erit ligatum ⁊ in celo. Et q̄cūq̄ ſolueris ſuper terram erit ſolutū ⁊ in celo. ħ ibi. Augu. inſuper de pe. diſt. j. c. Que penitet ait. Dixit dñs ſacerdotibus. Quecūq̄ ſolue ritis ſuper terram erunt ſoluta ⁊ in celis: hoc eſt. Ego deus ⁊ omnes celeſtis milicie ordi nes: ⁊ oēs ſancti in gloria mea laudant vo biſcū ⁊ ꝯfirmant: quos ligatis ⁊ ſolutis ſup terram. hec ille. ¶ Scōo ħ idem ꝓbo vnica ratione vꝫ cauſalitatis. q⁹. ſ. per indulgentias a ſummis pontificibus conceſſas integre re mittitur oīs temporalis ⁊ purgatoria pena. Fundamentū rōnis ponit pbs. ſ. metha. di. Effectus naturaliter ſemp ſunt proportiona ti ſuis cauſis. pꝫ hec regula. Nam ſi aliq̄ ar bor habeat radicem amaram vel dulceꝫ: na turaliter eius effectus ab ea progrediens qui eſt fructus eſt dulcis vel amarus. Similiter ereꝙ ſubſtantia ſolis eſt incorruptibilis. Et ideo eius effectus qui ſunt ſolares radij ſoꝝ ruptibiles erunt. Econtra vero oīs cā gene rans ſi ſit corruptibilis: ⁊ effectus erit corru ptibilis: ſic eſt de aia bruto⁹ ſenſitiua ⁊ vege tatiua: que cum ſimiliter egrediat: ⁊ generet ex cā corruptibili: per ꝙs corrupta illa carne corumpit ⁊ aia bruto⁹. Non ſic eſt de rōna li aia: que cū generet ex carne: ſed imediate ⁊ ſimiliter egrediatur a deo per creationem. Nam intellectus vt dicitur. 3. de anima. ſeu anima intellectiua prouenit nobis ab extrin ſeco: propter hoc corrupto corpore: ipa anima non corrumpitur. Quo preſuppoſito certum eſt q⁹ auctoritas remittendi omnem penam purgatoriam conceſſa eſt ſ Petro ⁊ eius ſuc ceſſoribus per xp̄m dei filium: qui vtiqꝫ deus eſt ⁊ homo. ſed cum deus eſſentialiter ſit cā incōmutabilis. Sic enim dicitur. 22. q. 4. c. Incōmutabilis deus idemqꝫ ſemper exiſtēs Et pbs. j. de celo ⁊ mundo dicit. Diuinum eſſe eſt eſſe intranſmutabile ꝓmuꝫ ⁊ ſummū Et auctor in li. de cauſis. dicit. Prima cauſa ⁊ ſuperior immutabilis eſt: ⁊ ſine vlla varia tione. Et Jaco. j. dicitur. Apud deum non eſt trāſmutatio nec viciſſitudis obūbratio. Q̄ ſi ſic ē q⁹ deus ſit cā incōmutabilis: ergo effect⁹ eius qui eſt auctoritas data paſtoribus eccle ſie ſemper erit vera ⁊ incōmutabilis vſqꝫ ad finem mundi. Propter hoc Saluator Luc. 22. dicebat ſ Petro. Ego rogaui pro te vt nō deficiat fides tua: id eſt veritas tua. Et alibi dicit. Ego ero vobiſcum cunctis diebus vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. Et Joan. i4. dice bat. Ego ſum via veritas. ſ. immutabilis et vita. Q̄ ſi ſic eſt: ergo ſequitur: q⁹ quando ſummus pontifex dat indulgentiam plena riam infallibiliter: verꝫ eſt q⁹ remittitur hōi ſi tamen diſpoſitus eſt: omnis pena tempo ralis ⁊ purgatoria: quod ſi hoc non fieret: ſe queretur q⁹ eccleſia erraret: ⁊ per conſequēs Chriſtus mutabilis fuiſſet: ⁊ inſuper falſitate plenus: quod non tñ dicere ſed etiam velle cogitare nephas eſſet. Et propter hoc Aug. in quodam ſermone dicit. Cum enim ſpi ritus ſanctus regat eccleſiam: ſequitur q⁹ ec cleſia nunq̄ errabit: cum habeat ductorem ⁊ magiſtrum virtutis: qui Apoſtolis dixit. Ego ero vobiſcum vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. hec ille. Item diſtinc. 19. dicitur. c. Sic omnes apoſtolice ſedis ſanctiones accipi ende ſunt tanq̄ ipſius ſ Petri diuina voce formate. Item Hieronymus. 24. q. j. c. ħ eſt fides. ait. Sancta Romana eccleſia que ſem per vera ⁊ immaculata permanſit: domino prouidente ⁊ beato ſ Petro apoſtolo opem ferente in futuro manebit ſine vlla hereticō rum inſultatione ꝓualente: atqꝫ firma ⁊ im mobilis in veritate omni futuro tempore ꝑ ſiſter. hec ille. ¶ Tertio denqꝫ hoc ꝓbo di ſtinctione. Nam Ricar. in. 4. diſtin. 20. arti. 3. q. j. in corpore queſtionis. Et domin⁹ Bo nauentura eadem diſtinc. articu. vlti. q. vlti. Et Alexan. de ales in quarta parte ſumme q. 209. in corpore. q. Et inſuper Tho. in. 4. di. 20. articu. 3. q. j. ſententialiter ſic diſtinguit. Cum queritur inquiunt an indulgentie non tñ a culpa: que per contritionez charitate in formatam remittitur: ſed inſuper a pena in purgatorio debita animam liberent: Reſpō detur q⁹ ſic. Nam abſolute omnes fideles concedunt indulgentias tñ valere quantum ſonant ſimpliciter: aut verba. aut bulle ſum morum pontificum: ⁊ aliter tenere impium eſſet et hereticum: quia hoc eēt dicere. q⁹ ec-

Universidad de Deusto Biblioteca

clesia vniuersalis erraret erquo indulgẽtias daret ꝛ nihil valerent.valent igitur.Sed ad quid valeant. Dicunt quidã ꝙ non valẽt ad absoluendũ a reatu pene quã quis in purgatorio meretur ſm iudicium dei:ſed ſimpliciter valent ad abſoluendũ a pena qua ſacerdos obligat penitentem ad penã aliquã: vel ad quã obligaret penitens ex ſtatutis canonũ:ſiue ſint a iure:ſiue a iudice. Sed opinio falſa eſt ꝛ erronea:cum ſit contraria priuilegio dato petro.Matth.16.vbi dicitur.Quod cumq; ꝛc. Quod priuilegiũ etiã ſucceſſoribꝰ eius fuiſſe datum intelligitur: Et ideo abſolute tenendũ eſt ꝙ indulgentie valent ad remiſſionẽ totius pene reſidue poſt cõtritionez ꝛ confeſſionẽ ꝛ abſolutionẽ: ſiue illa pena ſit iniuncta a iure:vel a iudice:ſiue non ſit iniũcta:ſed daretur a deo in purgatorio.Triplici enim ratione indulgẽtie realiter efficatiã habent.Quarum. ¶Prima eſt meritũ paſſionis xp̃i:ꝛ pene ſanctoꝝ. Secunda eſt charitas illius cui indulgentie dantur. Tertia vero eſt poteſtas ipſius dantis ad illum indulgentias applicãtis .C¶Pria ratio igitur q̃re indulgentie valent eſt abundantia meritorũ xp̃i atq; ſanctorũ.Nam tantũ fuit meritum xp̃i.quod ſufficeret ad infinite pene ſolutionẽ Similiter ꝛ ſancti multo plus de paſſionibus ſuſtinuerunt q̃ꝫ peccata eorum merẽtur. Et ideo magis ſuper abundãtia meritorum xp̃i ꝛ ſanctorum eſt theſaurus eccleſie:quem eccleſia cõmunicat cõmuniter omnibus exiſtentibus in charitate. C Secunda ratio qr indulgentie valent: eſt charitas ſuſcipientis. pro eo ꝙ nõ exiſtẽs in charitate ꝛnon poteſt participare de iſtis indulgentijs. Sicut nec membꝝ preciſum a corpore poteſt percipere de bonitate capitis ſeu membrorꝝ ipſius corporis.Econtra.ſicut membra corpori coniũcta participant de eius bonitate:ſic a ſimili. qui per charitatẽ cõiuncti ſunt corpori eccleſie participant de eius meritis atq; indulgẽtijs Vnde Auguſt.in li.de penitẽtia.ſic ait.Credendum eſt ꝙ orationes eccleſie vel elemoſyne ꝛ opera iuſticie ſuccurrant recognoſcenti mortẽ ſuam ad conuerſionẽ. Et prophẽta dicit.. ¶Particeps ſum omniũ timentium te et cu.mã.tua.Et de conſc.di.4.c. eccleſie.dſ. Eccleſie charitas diffundit in cordibus eorũ qui participes ſui ſunt.C Tertia ratio qr indulgentie valent eſt poteſtas indulgẽtias inſtituentis ꝛ applicantis ad iſtum vel ad illum Nam ſm ꝙ papa et eius vicarius applicat ſupradicta.ſ.meritum xp̃i.ꝛ meritum paſſionum ſanctoꝝ ad iſtum vel ad illum vel ad illam remiſſionez pene conſequit realiter iſte vel ille. Nec omnia ſentẽtiatur in locis preallegatis ſupradicti doc.dicunt. Ex predictis igitur omnibus patet ſertus effectus diuine clementie qui dicit effect9 conceſſionis.Quo clare monſtratuꝫ eſt qualiter deus omnibus q̃ꝫtum ineſt eternam gloriã vult impendere. Exquo non tñ inſtituit p ſacrm penitentie omnia peccata relarari:ſed inſup auctoritatẽ cõceſſit paſtoribus eccleſie:ꝙ indulgentias p̃ bean: quibus omnis pena tam temporalis q̃ꝫ purgatoria vere realiter atq; integraliter relaratur.

C De ſeptimo effectu diuine clementie qui dicitur effectus interceſſionis.

Eptimus poſtremo effectus diuine clementie quo clare cognoſci poteſt, ꝙ omnipotens deus vult omnes ſaluare:ꝛ omnibus ſuam gratiam ꝛ eternã gloriam impendere.dicitur effectus interceſſionis.Quantum clementiſſim9 deus ſalutem ꝛ gloriã oium.et precipue peccatoꝝ appetat in hoc oſtendit.quoniã multos peccatores: q̃ et meritis ſuis nunq; ſaluarẽtur. ſed potius pro demeritis damnarent ſaluauit:ſaluat:ꝛ ſaluabit: et merito interceſſionis.ſeu charitatiue orationis iuſtoꝝ virorum atq; ſanctoꝝ. Et quod maius eſt. dico ꝙ niſi iuſti ꝛ boni viri pro peccatoribus intercederent et orarẽt arbitror ꝙ pauci vel quaſi nulli ſaluarentur Et ꝙ mediãtibus orationibus ſeruoꝝ dei: ſeu iuſtarum perſonarum: etiam in hac vita exiſtentium peccatores ſaluari poſſint. et diuinam gratiam accipe. quadrupliciter probo. ſ ¶Primo auctoritatibus. ſ Secundo ratione. ſ Tertio diſtinctione. ſ Quarto exemplo. C ¶Primo probo auctoritatibus. Nam Jaco.quinto dicitur. Oratio fidei: id eſt hominis fidelis: ſaluabit infirmum id eſt peccatorem:ꝛ alleuiabit eum dominus:et ſi in peccatis ſit remittentur ei.Et infra ſubdit. Orate pro inuicem ut ſaluemini.multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua.hec ibi. Itẽ Auguſtinus ad heremitas ait. Orate pro inuicem dulciſſimi fratres ut ſaluemini: quia ſi

Stephanus non oraſſet.hodie ¶Paulum eccleſia non haberet. Idem quoq; Auguſtinꝰ in lib.de correctione ⁊ gratia ait. Nulli ẽ denegandum orationis beneficiũ: exquo ꝛ plerunq; obſtinatis poſſumus ſalutis beneficiũ impetrare. Item glo.ſuper verba ¶Matth.9. Videſ Jeſus fidem illorum dixit paralitico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua ait. ¶Penſare quantũ valet apud deum fides ꝓ pria ꝛ oratio.ſi tñ valuit fides ꝛ oratio aliena:vt hominẽ ſanaret in corpore ꝛ aia.ꝟ glo. Item Saluator Luc.16.hortat.di. Ego dico vobis facite vobis amicos de mamona inquitatis.i.de diuitijs ſuperfluis:vt cum defeceritis recipiant vos.ſ.ipſi iuſti per orationez ſuam i eterna tabernacula. Et ¶Matth.10.dſ Amen dico vobis. Qui recepit prophẽam in noie ꝓphe mercedem ꝓphe accipiet:ꝛ q recipit iuſtũ in noie iuſti:mercedẽ iuſti accipiet id eſt gratiam dei per eius orationem. Et q dederit potuꝫ calicem aque frigide tñ i noie diſcipuli.Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.hec ibi. Item Alex.papa.j.q.j.c. Ipſi ſacerdotes.aut. Sacerdotes iuſti ꝓ populo interpellant: ꝛ populi peccata comedũt quia precibus ſuis ea delent atq; conſumũt qui quanto digniores fuerint tanto facilius pro quibus clamant exaudiũtur.hec ille. Denigq; de pe.di.j.c. et p̃miſſis.dicit. ¶Paſſiões ꝛ vitia peccatoꝝ non ſanant niſi orationibꝰ eccleſie. Et quibus auctoritatibus p̃ idem qđ ſupra.C Scõ probo etiam vnica ratiõe videlz amicabilitatis.q.ſ.et orationc iuſtorũ plures peccatores diuinam gratiaz recipiũt Fundamentum rõnis ponit phs.9.ethi. Et etiam Tulius in lib.de amicitia dicẽs. ¶Pro primum amicoruꝫ eſt idem velle ꝛ idem nolle. Impoſſibileq; eſt amicitiam eſſe inter eos q non eiſdem gaudent.hec regula per experientiam eſt clara:quia vt videmus ſi ¶Petr9 vult album ꝛ Joãnes nigrum: ſtatim ſi fuerunt amici diſſoluitur inter eos concordia mutue amicitie:ꝛ hoc reſpectu diuerſitatis voluntatum. Econtra vero ſi ambo album aut nigrum volunt generatur in eis amicitia ſi non fuit:aut ſi fuit augeſ:quod totum prouenit et reſpectu conformitatis voluntatum. Quo preſuppoſito certum eſt ꝙ ſi vera amicitia ꝛ charitas ẽ inter animam ꝛ deuz:ergo in eis eſt idem velle ꝛ idem nolle. Si igitur anima vult ꝙ per orationem ſuam gra dẽ iſti peccatori.Congruum eſt ꝙ ipſe deus eidem gratiam ſuam impendat aliter non videretur ꝙ inter animam ꝛ deum eſſet cõformitas voluntatum. Et profecto de hoc non eſt dubitandum:qr deus magis inclinat ad volendum illõ quod vult anima iuſta q̃ꝫ oẽs amici inclinentur ad volendum quod volũt amici.Nõ bene confirmãs ꝓpha dicit. Voluntatem timentium ſe facit:ꝛ deprecationẽ eorum exaudiet ꝛ ſaluos facit eos. C Tertio h idem probo vnica diſtinctione. vz Alexan. de ales in tertia ꝑte ſũme in tractatu de gra qui dicit.Cum queritur.An aliquis iuſt9 poſſit mereri p̃mam gratiam peccatori. Rñdeo ꝙ ſm ꝙ de merito proprie loquimur:nullus purus homo poteſt alteri mereri primã gratiam:quia vnicuiq; homini particulari dat gratia ad menſuram ſue ſalutis procurande per informationem ſuaꝝ potentiaꝝ:ꝛ per directionem ꝛ ordinationem ſuoꝝ actuum in debitum finem:ideo nullius gratia ſe extendit ad merendum ſalutem alteri proprie de condigno:niſi ſolius domini noſtri Jeſu xp̃i cui non fuit ſm ꝙ dicitur in Jo. Datus ſpiritus ad menſuram:ſed habitat ſm Aplm in eo tota plenitudo diuinitatis corporaliter Et ideo ſolius eius gratia eſt ſufficiẽs de cõdigno ad ꝓmerendã cuilibz oẽz gratiam et ſalutem. Cõiter tamen diſtinguitur tripler meritum.s.digni:cõdigni:ꝛ ogrui. Meritũ condigni eſt:qñ eſt iuſta ꝛ equalis cõpenſatio obſequij ꝛ remunerationis. Et hoc meritum condigni ponit ꝙ gratia detur neceſſario:vz neceſſitate imutabilitatis non coactionis. Meritũ digni dicit qñ aliquis eſt dign9 ſui ratione:ſed non rõne eius pro quo petit: ſicut cum iuſtus orat pro peccatore. Meritũ vero congrui dicitur qñ nulla dignitate petentis:ſed ſola dignitate dantis conceditur poſtulatum:vt cum peccator orat pro ſeipſo. vnde meritũ condigni eſt ſufficiens diſpoſitio ad remunerationẽ.Sed merituꝫ digni et congrui eſt inſufficiens. Vir igitur iuſt9 põt alteri mereri p̃mam gratiã merito digni:ſi non condigni. h Alex.ſmialiter. hanc diſtinctionem etiam confirmat Scotus in.3.diſt. 18.di.Quilibet iuſtus meretur de congruo a deo optinere peccatori p̃mam gratiã. Quid aũt ſit p̃ma gratia.Ber.in lib.de gratia ꝛ li. arbi.declarat di.Dec tria operatur deus in nobis:cogitare:velle:ꝛ operari:ſcu perficere.

¶ Primum.s.cogitare sine nobis:z ista vocatur prima gratia. De qua etiam ps.dicit. Et mia eius preueniet me. Et hec cogitatio impetrata est:vel donata est merito alicuius sui ordinis:qui orauit pro illo peccatore. Unde Apostolus.2.corin.3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est.s.oratione alicuius vel iusti. Aut imediate ex merito xpi. qui meruit nobis de condigno prefatam primam gratiā. Hic Scotus sententialiter. Et qua distinctione clare patet qualiter diuina clementia per orationem iustorū peccatoribus gratiam prebet:z per consequens gloriam. ¶ Quarto h idē probo vnico crēplo. Greg. ēni in.4.dialo.ait. Is de quo in omelijs me coram populo iam narrasse memini.inquietus valde Theodorus nōie fuit:qui i mōēto in monasterium fratrem suum necessitate magis q̄ voluntate secutus est:Cui nimium erat graue si quis pro sua aliquid salute loq̄retur:bona autem non solum facere sed etiā audire non poterat. Mūq̄ se ad sancte conuersationis habitum venire:iurando:irascendo:z deridendo testabatur. In hac autem pestilentia quc nuper huius vbis populū magna ex parte consumpsit:pcussus infirmitate perductus est ad mortem. Cumq; extremum spm ageret:conuenerunt fratres vt egressum illius orando protegerent. Jam corpus eius ab extrema parte premortuū i solo tm̄modo pectore:vitalis adhuc calor anhelabat:cuncti autem fratres tanto pro eo ceperunt amrius orare:quāto cum videbant iam sub celeritate discedere. Sed repente cepit eisdem fratrib⁹ existentibus clare atq; cum magnis vocib⁹ orationes eorum interrumpere dicens. Recedite recedite: quia draconi ad deuorandus datus sum:qui ,pter vestram penitentiam z orationem deuorare me non potest. Caput tamen meus in suo ore obsorbuit: date ergo locum orationi vt me amplius non cruciet: sed faciat cito q̄ facturus est:quia ,pter vos moras patior:tunc fratres ceperunt ei dicere quid est quod loqueris frater. Signuz tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille cū magnis clamoribus dicens. Volo me signare sed non possum:quia squamis huius draconis premor. Cum hoc fratres audierent ,p strati in terram cum lachrymis ceperunt feruentius orare. Et ecce oratōis virtute subito eger cepit cum magnis vocibus clamare dicens:gratias ago deo. Ecce draconem q me ad deuorandū acceperat fugit: Et ꝯfonib⁹ vris expulsus stare non potuit:pro peccatis meis modo intercedite:quia conuerti parat⁹ sum z secularē vitā funditus relinquere. Et post-q̄ mutatus mente diu est flagellis attritus: tunc eius anima carne soluta in pace quieuit h Grego. Ex predictis igitur omnibus clarissime patet qualiter per orationes iustorum diuina clementia peccatoribus in pñti gratiā suā prebet:z in futuro eternā glorā. Et ideo quisq; peccator quātum potest se orationib⁹ seruorum dei atq; iustarum personarū recōmendare d3: qm̄ vt patuit p propria merita nunq̄ saluarctur. Sed contemplare queso anima quātuz saluator tuus tuam cupiat salutem. Non enim tm̄ peccatores vult saluare per orationes iustarū personarū in hac vita existentium:sed insuper saluat quasi innumerabiles peccatores:per merita z oratōes beatorum atq; sanctorū:iam in celesti patria residentium. Nam ipsi iugiter pro nobis intercedunt ad dm̄m vt saluemur.quod intelligēs ecclesia vt feruentius pro nobis intercedant orat:dicēs. Sancta Maria z omnes sancti intercedant pro nobis ad dm̄: vt nos mereamur ab eo adiuuari z saluari: qui viuit z regnat in secula seculoz amen. ¶ Proinde letanie hac de causa decantant. Vbi suffragia Angelorū:Patriarcharū:Aplorū:Martyrum:Confessorū:Doctorū: z sanctarū Virginū:postulant. Angeli nāq; vt humilitatem contra superbiā: Patriarche largitatē: Apli caritatem:cōtra inuidiam: Martyres patientiā:cōtra iracōdiā: Doctores solertiam z studiū contra ignorantiā: Confessores sobrietatem contra ventris ingluviez Virgines z vidue cōtinentiam z castitatem contra luxuriā suis meritis nobis acgrāt. Et q; pro nobis orent vt saluemur:testat Ric.in 4.di.45.ar.7.q.2. Et clarius.s.Bona.ibidē arti.3.q.2.di. Cum queritur an sancti orent pro peccatoribus z pro iustis qui viuūt in terra. rīdeo q; sic. Nam orāt pro nobis dupliciter scz oratione expressa:dum votis suis pro nobis diuinā clemētiā pulsant. Similiter orāt pro nobis orone interpretatiua:dū coz merita in ꝯspectu dei exhibētia:nō solū ipsis cedūt ad gliam:sz etiā sunt nobis in,orones z suffragiū:sicut sanguis xpi fusus p nobis:dr̄ p

nobis veniā petere. Triplici tm̄ respectu orāt pro nobis sci. Primo q: videt nostrā necessitatē:p eo idigem⁹ ab ipsis reuelari. Scdo q: videt dei voluntatē:q vult q; vnū mēbrū releuet aliū in necessitate. Tertio pp adimpletionē celestis curie: q̄ cōpleta adimplebit gliā coz. Seu orant,pter augmētationē numeri ciuiū supnoz:et qua crescat in eis aliqō singlare gaudiū z accītale. ¶ Premisso igit vt p3 q; sci ex charitate pro nobis orāt vt salvemur si querit. An q;q; z precipue peccator debeat spāliter scōs cronare: vt ipsi orent p eo cora diuina maiestate. Rīdit dns Bon. in.4.di.45.ar.3.q.4.i corpore.q.di. Cū q̄rit an sit vtile z necessarium rogare scōs vt ipsi deū rogent p nobis. Rīdeo q; sic:q: de⁹ de creuit z volvit q; scōs rogem⁹ triplici rōne.s. propter nr̄am inopiā:,pter scōz gliam:,ppi dei reuerentiā. ¶ Primo ,pter nr̄az inopiā in merendo:vt vbi nr̄a nō suppetunt merita patrocinent aliena:,pter inopiā in cōtemplādo:vt q nō possum⁹ summā lucē aspicere i se aspiciamus in scis:,pter etiā nr̄am inopiaz z miseriā in amando:q: miser hō aliqū sentit se magis affici circa vnū scm̄ q̄ etiaz circa deū:z iō cōpassus nr̄e inopie voluit nos rogare scōs. Ac per hoc p3 p̄mū argumentū q; ille q ante indign⁹ erat gra dei rogādo scōs eius coz patrocinio efficit dign⁹. ¶ Scda cā est scōz gliā:q: de⁹ vult ipsius scōs glificare z per eos miracula facere in corpoꝛib⁹ z salutem in aiabus:vt ipsos laudem⁹. Et hoc nō tm̄ per summos scōs:sz etiā p infimos. Nā sicut aliqs saluat corporaliter inuocādo Petrū. Alius nō inuocando ,Petrū. Alius ecōuerso:sic fit etiā spāliter. ¶ Tertia cā est dei reuerentia:vt peccator q deū offendit p scōz patrocinū:audeat a deo gram iplorare:q i,ppa ꝑsona non audēt ad deū itercedere. h Bona.ad lram. Dz igit qsq; aliquē scm̄ inter ceteros spāliter habere in deuotione: ad quē fundat preces suas. Sic enim Julie Job.5. vbi dr̄. Voca ergo si est qui tibi rīdeat:z ad aliquē scōz cōuertere.h ibi. Si vlteri⁹ quereres an sci obtineant a deo grās:quas ab eis postulans presupposito q; sint nr̄e saluti expedientes. Rīdit Bonauētura vbi supra ar.3.q.3. di. Obtinere aliqd pōt quis dupliciter: Aut per viam iustitie z meriti. Aut per viam grē z supplicationis:sicut in curia summi pontificis:quedam beneficia obtinent de gratia tm̄ quedam merito:z isto vtroq; modo sci obtinent pro nobis orantes:q: iuuant nos merito q̄ meruerunt in carne:z iuuant nos voto vel oratione:quā nunc pro nobis fundūt ad deum. Et ex his duobus semp est efficax intercessio coz. Sed coz intercessio per modū meriti:est oratio interpretatiua:z semp exaudit quātum est de se. Non tm̄ semp impedimentis demeritis nostris. Intercessio vero per modū voti:est oratio vera z semp exaudit tur:q: non optant nisi q̄ sciunt deum velle fieri:vel simpliciter:vel cis orantib⁹. h Bon̄, ad litteram. Concordat Ricar.e.di.ar.7.q.3. in corpore.q. Et h3 oēs sci debeant orari:tm̄ spāliter dz quisq; iustus z peccator habere gloriosissimā virginē Mariam in suā deuotam:cui dictum fundat preces suas: q̄m ipsa sola est potentior ad impetrandū gratias: et salutem oibus alijs sanctis. Cuius oratio a deū nunq̄ est vana:sz semper exaudit:dicēte Ber.super cant. Secuz habes o homo accessum ad deū:vbi habes matrem ante filium filiū ante patrē:filius ostendit patri latus z vulnera. Mater ostēdit filio pect⁹ z vbera: nulla ergo poterit ibi esse repulsa:vbi sunt tot caritatis insignia.hec ille. ¶ Ex predictis igit p3 qualiter diuina clementia non tm̄ saluat peccatores per orationem hominū iustorum ad huc in hac vita mortali existentiū: sed insup eos magis saluat per orationes bōz:seu ciuium supernoz:z sic etiam ex oīnibus supra dictis:vt corrolarie loquar.p3 p̄ma diffinitio gnālis de sacratissima fide: z per oīs etiam p3 tertius respectus.v3 diuine influriōis seu clemētie:in quo clare monstratū fuit p.7.effectus ipsius diuine clemētie qualr̄ q̄sq; i futura quadragesima facliter poterit grāz dei recipere. Et remissionē peccatoz:quas septē clemētias simul cū grā z remissione peccatorū:nobis largiri dignet acror ois clemētie z grē: Jesus xpus dns nr̄g in trinitate pfcā vivit z regnat de⁹:p infinita scla sclorū. Amen.

¶ Finit sermo in septuagesima de quadritate essentiali sacratissime fidei sermo primus.

Semen cecidit

i trā bonā:z ortū fcē fructū cētuplū. Luc.8.z i euāgelio occurrētis dnice. Dr̄ exponē hr̄alē sacri euāgelij z isup moralē q̄ Salua.ponit.possum⁹ et sr̄ hāc parabolā q̄dā facē spūalē exponē

vel significationem. Spiritualiter igitur hāc parabolam intelligendo per semen materiale habitus sanctissime fidei itelligi potest. per agrum in quo seminatur: cor humanum in quo habitus infunditur. ℣Per seminatorem huius seminis nō imerito sanctissimam trinitatem intelligimus. patrem vz: et filium: et spūm sanctum. tamen trinitas simpliciter est vnus deus. Sic enim dicitur prime Joā. 6. Tres sunt qui testimoniū dant in celo. ℣Pr verbum et spūs sanctus. et hi tres vnum sunt ℣Hic ergo seminator semen suū in quattuor partes disperfit et seminauit: seu semē a deo seminatum in quattuor partes est disperſuz ℣Prima pars seminis cecidit secus viam: et conculcatum est ab hominib⁹ et volucres celi comederunt illud. Hoc modo semen sacratissime fidei per similitudinem cecidit super viam. Et volucres celi comederunt illud: et q̄ ab hominibus dicitur conculcatum: hoc ē fides cū apostoli seminauerunt in ieruſalem in saracinea: in turchia: et in ceteris partibus Asie: pro eo q̄ sic eis preceptum fuerat a seminatore xp̄o Matth. vlti. Euntes inquit in mundum vniuersum predicate euangeliū oi creature: qui crediderit. i. fidem meam ſuſceperit: et baptizatus fuerit saluabitur: qui aut̄ non crediderit. condē. Hec ibi. Nō etiam fecerūt dum per omnes mundi partes Christi fidez predicauerunt: ppha attestante: q̄ ait. In oēz terram exiuit sonus eorum: et i fines orbis terre verba eor. Huius aūt pars seminis dicitur conculcata ab hominib⁹: insuper consumpta a volucribus. ℣Per volucres intellige demones qui ſm Apostolū vſq̄z ad diē iudicij volant. i. discurrunt per mediam regionem huius acris caliginosi: per omnes vias homies conculcantes. vel per volucres comedentes hoc semen fidei: intellige iniquissimum Machometum cuz sequacibus suis: qui simul cū operatione demonū totam fidem quā apli i partibus illis predicauerant: conculcauerunt et deſpexerunt: et aliam: ſed falſam seminauerunt. Ecce iam q̄ ſpiritualiter prima pars seminis seminati. i. sacratissime fidei totaliter conculcata est. Ita q̄ cū essent. 5. patriarchatus. videlz Jeroſolo. Constantinopolitanus: Antiochenus: Alexandrinus: et Romanus fides sanctissima soluz viget in patriarchatu romano. In ceteris vero quattuor totaliter conculcata est. ℂScōa pars seminis dicitur cecidisse ſuper petram et natum aruit: q̄ non habebat humorem. ℣Per semen autem q̄ cecidit ſuper petram: intellige fidem sacram quā seminauit xp̄s simul cum apostolis ſuis per totis cordibus populi iudeor: qui principaliores et doctiores in lege: cum per veram fidem et doctrinam xp̄i cognouiſſent ipz xp̄m esse verum dei filium: tñ inuidia et ſuperbia excecata lumen iam acquiſitū ab eor cordibus totaliter est eradicatum: et in tanta duricia et obſtinatione perſtiterunt. q̄ ettūc vſq̄z nunc nunq̄z veram xp̄i fidez ſuſcipere voluerunt: nec inſuper in xp̄m poſtea voluerūt credere. Sed nouū ℳeſſiam venturum expectant. Cum tñ alius ℳeſſias minime ſit veturus: niſi ille qui iam venit: vz xp̄s dominꝰ Et ideo de ipsor duricia in qua aruit semen vere fidei ꝓphetauerat. Job. 41. c. Cor eius. i. iudaici ppli indurabitur quaſi lapis: et ſtringetur quaſi malleatoris incbus. Et Zach. 7. de ipsis dicitur. ℣Poſuerūt cor ſuū ſicut adamantem. Super que verba Hieronymus ait. Adamas est lapis fortiſſimus: et intantuz durus vt omnia metalla confringat: et ipſe a nullo confringatur. Unde a grecis indomabilis dicitur. Sed et ſi duriſſimus ſit hircino tamen ſanguine frāgibilis est. Cor aūt obſtinati adamante durius est: qō a nullo frangitur: nec etiā emoliri pōt ſanguine xp̄i. hec ille ℂTertia ps seminis dr: et ex orte ſpine ſuffocauerūt illud. ℣Per ſpinas itellige iniquas hereſes xp̄ianor. dinerſor. Qui cū in baptiſmo vez semen fidei ſuſceperint: tñ poſtmodū in adulta etate creſcentes hereſes in cordib⁹ eorum ſuffocauerunt et perdiderunt omne lumen vere fidei: et ſic hec tertia ps seminis. i. vere fidei ſimul cum ceteris duabus precedentibus nullum fructum boni operis dicit feciſſe. ℂQuarta deniq̄z pars huius vere fidei dicitur cecidiſſe in terram bonā. i. in cordibus bonor xp̄ianor. Et. fic ortum fecit fructum centupluꝫ. i. humana aia repleta ē oibus virtutibus et gratia dei. Et inſuper meritis copioſis: qm̄ ſimpliciter talis fides facit opera meritoria apud deum. ℣Poſt hanc igit ſpūalem ſacri euangelij expoſitionē: ex quo i precedenti hebdomada declarauimus vnaz ſignificationē ſiue diffinitionē non eſſentialē ſacratiſſime fidei, volens proſequi tractatum noſtrū hoc mane deo dante declarare incipiam ipſius ſacratiſſime fidei gdditatem et

diffinitionē eſſentialē: que profecto ſimul est valde vtilis et delectabilis. Et inſuper valde ſubtilis et ſpeculatiua: de qua tractare intendens: non incōgrue aſſumpſi ſuprapoſitū thema. vz. Semen cecidit in ter. bo. et or. fe. fruc. centupluꝫ. Quod vtiq̄z thema per totam hebdomadā ſequentem congrue aſſumi poterit. Sup que verba ponens eſſentialem diffinitionē ipſius ſanctiſſime fidei. ceteris obmiſſis diffinitionibus: dico cū paulo ad hebre. xi. Fidem ipſam diffinientes. q̄ fides est ſubſtantia rerum ſperandarū: argumentū non apparentiuz. In qua diffinitione quattuor articuli precipue ſunt declarandi. ℂ In primo articulo declarabitur quid ſignificat per illa verba Fides est ſubſtātia. ℂ In ſecūdo articulo declarabitur quid ſignificatur p illa verba. rez ſperandar. ℂ In tertio articulo declarabit. quid ſignificat per illud verbū argumentuz. ℂ In quarto articulo declarabit. quid ſignificatur p illud verbū non apparētiū. Quib⁹ articulis declaratis ſufficiēter apparebit ſubſtantia et eſſentia gdditatis et diffinitionis ipſius ſacratiſſime fidei.

ℂ De quattuor articulis et quibus declaratur tota eſſentia diffinitionis ipſius fidei: et p̄mo de primo.

Prim⁹ igitur articul⁹ hoc mane ſim pliciter: et ſolum declarandus: est videre quid ſignificetur p illud verbum diffinitionis ipſius fidei. vz. Fides est ſubſtātia. et certum est q̄ ſubſtantia ſm phm ſimpliciter dicitur a ſubſtando: quēadmodum p ſimilitudinez etiam fundamentū dom⁹ dicit ſubſtare parietibus et tecto. Triplici igit reſpectu pro nunc Apo. fidem ſubſtantiā appellat. ſeu fides ſubſtantia dicit: quoz̄ videlicet.

ℂPrimus dicit reſpectus cauſalitatis. Secundus dicit reſpectus neceſſitatis. Tertius dicit reſpectus conſeruabilitatis.

ℂ De triplici reſpectu quo fides ſubſtantia dicitur. Et primo de primo qui dicit reſpectus cauſalitatis.

Primus igitur reſpect⁹ quo fides ab Apoſt. ſubſtantia eſſe dicit est reſpectus cauſalitatis. Sicut enim et infra clarius patebit ſubſtantia per accidens dicit eſſe cauſatiua accidentiū. Et fundamentū domus dicit per accidens eſſe ſubſtantia cauſatiua tecti et parietū. Sic fides dicitur eſſe q̄dam ſpiritualis ſubſtātia cauſatiua ceterarū virtutū: tam moraliū q̄z theologicar et precipue infuſarū. q̄ autez fides ſanctiſſima dicat eſſe ſubſtantia ſeu fundamentū ceterar virtutū cauſatiuū: ſeu a qua cetere virtutes non immerito deſcendant: quadrupliciter probo.

ℂ℣Prio auctoritatib⁹. ℂSecūdo rōne. ℂTertio diſtinctione. ℂQuarto filitudine. ℂ℣Primo dico q̄ fides dicit ſubſtantia ſeu fundamentū: et quo cetere omnes virtutes creant. Seu est fundamentū omnis gratie gratū facientis: ois meriti: atq̄z omnis future glorie. et hoc probat auctoritatib⁹. Nā Aug. in li. de fide ad petrū ait. Fides est bonor oim fundamētū: humane ſalutis initiū: ſine qua nemo potuit vnq̄z ad filiorum dei numerū pucnire. hec ille. ℣Paulus etiā. i. cor. 3. ait. Vt ſapiens architector fundamentū poſui. i. fidez. Et paulo poſt dicit. Fundamentū aliud nemo poteſt ponere preter id q̄ poſitū est: quod est xp̄us ieſus. Vbi Gregor⁹. et ponit. j. q. j. c. Cū paulus. ait. Cū paulus dicat q̄ fundamētū aliud nemo poteſt ponere p̄ter id q̄ poſitū est. cōſequēter. pbat. q̄ vbi xp̄s non est fundamentum fidei: nullū poteſt eſſe boni opis edificiū. hec ille. Item Jo. Cri. ſup Matth. ait. Fides est xp̄iane religionis cūctarūq̄z virtutū p̄mū et ſtabiliſſimū fundamentū. Auguſt. etiā li. de verbis dñi. ait. Fides est ſubſtantia et fundamentū totius boni ſpūalis: preterquā nihil ē quod bonū ſit. Idem quoq̄z Aug. ſup Jo. ait. Quicqd gratie: qcquid meriti. qcquid virtutis: quicqd beatitudinis aia ſuſceptura est: totū ex fidei ſubſtātia fundamēroq̄z, pcedit. hec ille. Pyoñ. inſup in ſentētijs ſuis dic. Fides est manēs credentiū fundamētū atq̄z ſubſtātia: collocās eos in virtute. Deniq̄z magiſtraliter etiā fides ſic deſcribit. Fides est virtus qua ea q̄ ad fundamentū religionis p̄inent recte firmiterq̄z credūtur: et ſic ex pfart auctoritatibus p̄z intentū. ℂ Scōo idez ſic probo vnica rōne. vz, pceſſionis. Fundamentū rōnis ponit phs ſcōo Metha. di. In nullo genere cauſar ꝓtingit ire in infinitū: Sed ē deuenire ad aliqd̄ primū in illo genere. ex quo etiā oia illius generis deſcendūt. Nū est deuenire ad primū efficiens: et ad primū finem. hec ibi. Dicit aūt precipue q̄ in oib⁹ est deuenire ad aliqd̄ primū in illo genere: et non ire in infinitū: q̄z ſi aliquis vellet ire et procedere in infinitū: et nullū p̄incipiū ponere ſeu cām er q̄ effectus rez deſcēdūt. Talis apud phos

tanq̃ ignarus ⁊ insipiens censeretur ꝓpter quod pbs.j. ¶Obiicit. Lōtra negantes principia nō est disputandū. Et Cōmē. super 5. Methā. ait. Qui negauerit primū principiū in oi genere rei: impossibile est eū pbari. Et q: fm pbz. xi. Methā. Diuersoꝝ diuersa sunt principia. Et. j. ¶Posterioꝝ. ait. Impossibile ē oium eadē esse principia. Hinc est q: duode cim modis snia pbi verificat. vz. q: in oi genere rei est inuenire vnā primā causaz a q̃ oēs illius generis descendūt. patet ergo ꝑmo numeraliter. vz in numeris. Nā innumeris ponitur prima vnitas: a q̃ oēs cetere sequētes ꝓcedūt. Vñ pbs de celo ⁊ mūdo. ait. Vnū est prius multis: a quo ⁊ multa descendūt. sicut etiā simpler prius est cōposito. hec ibi. Et. io. Methā. dicit. Numer⁹ ēvnitatū pluralitas: et numer⁹ est multitudo vno mēsurata. Scēdo patet materialr. Nā radix arboris ē prior stipite. ramis. frondibus. floribus. a qua tanq̃ a causa pricipaliori predicta omnia descendāt. ¶ Tertio nāliter ¶Proinde pbus. io. Methā. ait. ¶Prima principia rei oium naturalium sunt tria. vz materia forma ⁊ priuatio. Et primo phisicoꝝ dicit. Tria sunt principia q̃ nō fiunt ex alijs: nec fiunt ex alterutris. Sed ex bis dicūtur fieri alia. hec ibi. Et nota: q: ꝑuatio dicit esse vnū principiū nature: q: priuatio ut dicit. 3. de aia. Cognoscit ꝑ habitum ⁊ habitus quodāmodo fundat sup priuatiōe Vnde habitū pictatis ꝑcessit priuatio ipsius ¶ Quarto virificat regula pbi scialiter: seu subtiliter ⁊ speculatiue. Vñ pbs. 4. Methā. dicit. ¶Principia speculatiua sunt de quolibz dicit esse vel nō esse: ad que sequūtur termi ⁊ qōnes. Quod cōfirmās Tho. scēa scē. q. 4. arti. j. in corpore. q. dicit. Dō prima principia indemōstrabilia sunt subiecta scientic. s. primū quod est in nobis de scientia sunt huius principia: in coꝝ virtute continet omnis scientia: ⁊ omnes questiones. propter qō pbus primo posterioꝝ. ait. Omnis scientia presupponit subiectū ⁊ principiū a quo ē. ¶ Quito virtualiter seu moraliter id est ꝑ q̃ttuoꝝ virtutes cardinales ⁊ morales. Vñ pbus. 6. Ethā. ait. Virtutes omnes inerūt prudentia existēte: quaꝝ nulla erit prudentia non existente: qz prudentia est recta ratio agibiliū. sinc q̃ nulla virtus recte opatur. ¶ Sexto virificat artificialiter. Nam videmus q: fundamentū domus est ꝑ suis ꝑtibus ⁊ tecto super qō portes domꝰ ⁊ tectū fundant. ¶ Septimo cuiter. qō sic patet: quia domin⁹ precedit seruos ⁊ est causa ipsoꝝ: serui vero dñm subsequūt. Item videm⁹ q: ab aliquo dño seu dñatione procedit q: aliquis sit in arte militari capitaneus generalis: sub quo ordinat caput squadre: deinde armigeri: postmoduz saccomani ¶ Octauo, pcessionaliter. ꝑ eo q: nō tm q̃libet genus animaliū processit ab vno principio. Sed etiam totū genus humanuz ꝓcessit ab vno boie. s. Adā ⁊ Eua. qō sic pz. Cuiz fm phm. 2. de aia. Nihil generet seipsum. ergo vnus generat ab alio: ⁊ alius ab altero: et sic successiue oportet ꝓcedere vsq̃z ad Euam ⁊ Adam: a quibus totū genus humanū ꝓcessit: qō in genere ꝟirmans auctoꝝ. 6. ꝓncipiorū dicit. Omnis cōitas ex quadā singularitate descendit. ¶ Nono potēcialiter ꝑ eo q: cōiter oēs actus cuiuslibet creature: a potentia descendūt: ⁊ originē trahunt ab illa. Vñ pbs. 9. Methā. ait. Actus prior est potētia ratione ⁊ substātia. Ꝓpe vero est gdem ut sic ē aūt non. Ratione enim ⁊ noticia actus prior est: utpote edificatoꝝ: potente edificare. Tē pore etiā priora sunt actu entia. ex quibus fiunt que potentia sunt. hec ibi. Itē ibidē dicit. Actus prior est potentia tpe. preaccipit enim actus alius ante aliū. vsq̃z ad cū qui est mouentis primi. Oppositū vero est quando potentia ⁊ actus sunt in codē: quia tunc actꝰ ꝓcedit a potētia tanq̃ a suo principio. propter qō etiā ibidem. vz. 9. Methā. ait. Actus simpliciter prius est potentia ad actum: potentia semper precedit actionē. i. opationem tpe: nō natura. hec ibi. ¶ Decio mobiliter. i. fm motum. vnde pbs. 7. ¶Obiicoꝝ dicit. In mouētibus ⁊ motis: non est processus in infinitum: sed est venire ad aliquē primū motorē a quo ceteri motus omnes descendant. ¶ Undecimo verificat sermocinali. i. in sermonib⁹ ⁊ orationib⁹ faciendis: quia cū in arte oratoria diuerse simul ptes cōcurrūt: necesse est q: omnes ptes descendant seu originē trahāt a ꝓhemio tanq̃ a suo principio. Vñ pbs. 3. rethorice sue ait. ¶Prohemiū est principiuz totius orationis. Et ibidē ait. Qui aliquid magnuz dicturus est, phemiari debet. Et ibidem ingt ait. ¶Prohemia veluti principia totius orationis facere debent auditoꝝ: dociles: benivolos: optimos: ⁊ attētos. ¶ Duodecio postremo verificat regula pbi generabiliter. i. q̃tuz

ad generationē corporis humani. Nam prima pars: seu primū membꝝ ex quib⁹ postmodū omnes alie partes ⁊ oia membra corporis humani descendūt ⁊ generant: est cor. di. pbo in. j. de iuuentute ⁊ senectute. Et etiaz primo de aialibus. Coꝝ est primū q: generat in aiali. Vnde ē ꝓncipiū vitaꝝ ⁊ membroꝝ motus ⁊ sensus in omnib⁹ animalib⁹ sanguinem habentib⁹. Vel dicas qō etiā regula pbi supernaturaliter verificari potest pro eo q: a causa supnaturali que deus est omnes creature supernaturaliter processerūt: sicut effect⁹ naturaliter a sua causa procedit. Dō confirmans pbs ꝑmo Methā. dicit. Deus videt oium rerum esse causa ⁊ principiū. Et ¶Plato in thimeo ait. Deus est oium rerum auctoꝝ maximus. Et ibidē dicit. O dij deorum id est angeli: quorum opifex ⁊ pater ego sum. Vos opera mea estis sed dissolubilia natura: volūtate tamē mea indissolubilia. hec ibi. Ex premissis igit. 12. exemplis patet euidēter q: regula pbi que dicit. q: in omni genere rerum est inuenire primā causam. ex quib⁹ omnes effectus illius generis descendunt. vtiq̃z verissima est. Quibus ꝑmissis arguo a simili: q: vz in omni genere virtutū cardinaliū infusaꝝ. q̃ fm Tho. ꝑma scēa. q. 63. ar. 4. sunt alterius speciei. ꝓcipue respectu finis a virtutibus acquisitis ⁊ necessario fm cūdē Tho. vbi supra. ar. 3. Cum ceteris virtutibus theologicis in anima infunduntur. oportet oino concludere aliquā esse virtutē priorē: seu ꝓncipaliorē omnib⁹ alijs virtutib⁹: tam theologicis q̃ etiam alijs moralibus infusis: a q̃ virtute tanq̃ a prioꝝ causa ⁊ fundamēto. cetere omnes virtutes tam theologice q̃ morales infuse trahant originē seu procedāt. q: si sic q̃ritur que sit prior ⁊ principalior virt⁹ seu causa a qua cetere procedāt. ⁊ sup quā omnes simul fundēt. Certe rūdeo q: nō ē spes: nec caritas nec aliqua ceteraꝝ virtutū moraliū infusaꝝ. ſz simpliciter: hoc priuilegio: hac ꝓgnitiua: hac dignitate: hac deniq̃z nobilitate ⁊ excellentia gaudet sola ⁊ sanctissima fides. Nam ipsa certe prior est ⁊ principalior inter omnes predictas virtutes. Ipa sola tanq̃ regina ⁊ ducissa ducatū tenet ⁊ principatū. propter eo q: ipsa ut immediate declarabit est ꝓ ceteris omnib⁹ virtutibus: dico natura: ⁊ rōne: sed nō tempe. Et insup ipsa sola hoc mō dicitur causatiua ⁊ generatiua oium aliarū virtutum: ⁊ q: sic sit practice loquendo pz. Naz fides est causatiua spei in anima. Vnde prima inchoatio rerum sperandarū in nobis. est ꝑ assensum fidei que virtualiter in se cōtinet omnes sperādas res. prout ad litteram dicit Tho. scēa scē. q. j. ar. j. in corpore. q. q: s. spes causetur ex fide. Et rationē assumit ab Augusti. in encheridion dicēte. Spes non potest haberi de beatitudine. nisi per fidem credatur possibile: eo q: impossibile non cadit sub spe. Credit autem quisq̃z esse possibile beatitudinem habere ex diuina bonitate per fidē ergo. cc. Similis fides est causatiua charitatis dei. vz ⁊ proximi. Et ratio est quia voluntas non potest deū amare: nisi prius intellectus rectam fidem habuit de xpo ⁊ deo. Similiter est causatiua fides ceterarū virtutum moraliū. quoniā ex charitate a fide generata generātur per consequēs operationes virtutum moraliū. utputa. ¶Prudentie: fortitudinis: iusticie: temperantie: et huiusmodi. q̃ operationes sine coꝝ habitibus nequaq̃ haberi possunt. Ex qua ratione libet cōcludere q: sicut fm philosophū. 4. Methā. Substātia dicitur esse primū cns: seu prima causa. ex qua omnia alia dependent. Ita a simili: fides sanctissima est causa primaria. ex qua acquiritur spes: charitas: virtutes morales: gratia gratum faciens. ⁊ per consequens beatitudo.

¶ Tertio etiam probo distinctione. vz q: fides dicitur esse substātia: seu causa principalioꝝ inter ceteras virtutes. ex qua per consequens etiam cetere virtutes in anima causantur ⁊ generātur. Et dimissis distinctionibus quas pbs ponit. 8. phisy. ⁊ in post ꝓdicamentis. Jn qbus diuersimode demonstrat vnū esse ꝑ us altero: seu vnā causam eē prioꝝ altera: simpliciter accipiā distinctionē Augus. tanq̃ clarioꝝ ē: ⁊ magis substantialē. Distinguit igit Aug. sup gen. q: causa vna dicit esse prioꝝ altera: ⁊ p cōsequens aliaꝝ causatiua. ¶Prio eternitate. ¶Scōdo tpe. ¶Tertio pfectione. ¶Quarto origine. ¶Prio dr aliquid prius eternitate: ⁊ sic sol⁹ de⁹ precedit oia creata. Nō loquoꝝ de ideis. que etiā eterne sunt ⁊ que nihil aliud sunt nisi ipe de⁹: sed loquoꝝ q̃tum ad substantiam suam que fuit ab eterno ante omne tempus. Ecōtra vero substantie omnū creaturarum sunt ⁊ fuerūt non in eternitate ante temp⁹. Ideo isto modo fides nō ꝓcedit ceteras virtutes: q: fides ifundit in

animabus nostris et etiaz cetere virtutes in tempore t nō in eternitate. ¶ Secundo aliquid dicitur prius rpe simpliciter. Et sic flos simpliciter precedit fructū. Isto etiā secundo modo fides non dicit esse prior ceteris virtutibus: infusis immo omnes virtutes tā theologice q̄z etiam morales infuse: simul t semel in eodem instanti tempe in aia rationali ab ipso deo infundūtur. ¶ Tertio aliquid dicit prius altero pfectione seu electione. Et sic fructus precedit florem: t merces laborez. Hoc autē tertio modo fides nequaq̄z prior est charitate: immo simpliciter charitas ipsa p̄or est fide: t spe: ceteriscz omnibus virtutibus infusis. eo q̄ fides t spes ceteraq̄z virtutes perficiuntur p charitatē: que est mater t finis omniū virtutum. dicente Aplō. j. ad Thi. j. Finis precepti est charitas. Et. j. corin. xiij. ait. Nunc autez manent fides: spes: charitas. tria hec maior autē horum est charitas. vel dicas. q̄ sicut ordine pfectionis forma est prior materia. pfectum imperfecto: Actus potentia ut habetur. 9. Methaphisice. Sic charitas est prior fide t spe. Et p consequens ceteris virtutib⁹ infusis. eo q̄ tam fides t spes: q̄z cetere virtutes pficiuntur per charitatem. ¶ Quarto aliqd dicit prius altero origine: natura: seu ratione sicut sonus precedit cantū: et lux splendorem: t substantia anime p̄cedit potētias suas. Et hoc quarto modo dico q̄ sola sanctissima. fides necessario precedit t est prior spe charitate. t p consequens ceteris virtutib⁹ infusis sicut materia necessario precedit formā: t potentia antecedit actuz suū. Ex quibus oibus colligitur q̄ cum fides sanctissima sit p̄or natura ceteris virtutibus infusis p consequens cōcludo. q̄ ipsa fides est fundamentū totius rp̄iane religionis: t est fundamentū oium virtutū cardinaliū seu moraliū. utputa: prudētie: temperantie: fortitudinis: iusticie: t huiusmodi. inq̄ntum sunt virtutes infuse. Est quoq̄z fundamentū totius meriti condigni eterne vite. Est deniq̄z fundamētū totius beatitudinis seu felicitatis t future glorie. sine quo fundamēto nec charitas infundit in aia: nec cetere virtutes. Sine quo fundamento non p̄t haberi gratia gratū faciens: nec vllus meritū eterne vite cōdignum. Sine quo fundamēto nullatenus etiā potest haberi futura glia seu cina beatitudo. Et in hoc apparet maxima nobilitas fidei: cū deus eaz solā cōstituerit fundamentū t principiū oium virtutū infusaz: omnis gratie gratū faciētis: omnis meriti: atq̄z omnis future glorie. Ex qua etiā distinctiōe patet: qualiter fides cū sit prior ceteris virtutibus natura t ratione: t p consequēs debet esse ceterarū virtutū oiuz causatiua. ¶ Quarto deniq̄z hoc idē probo similitudine. Nam Ambro. in Exameron. dicit. Sicut bonus artifex primo fundamentū ponit. Et fundamēto posito: edificatiōis mēbra distendit: t superponit. Deide ornatū adiungit: sic ecclesia militans primo ponit in aia fundamentū fidei. q̄ō est iesus rp̄s: qui est tanq̄z lapis primarius de quo p̄mo Lox. j. Apo. dicit. Fundamentum aliud nemo p̄ōt. xc. Deinde ponit spem in summo tanq̄z lapidē angularem. De quo ad Eph. j. dicit. Ipo summo angulari lapide rp̄o iesu. xc. Ipsa enim spes dicit lapis angularis: quia hominē cum fide disponit ad coniunctionē ipsius dei. Postremo ponitur charitas in medio fidei t spei. tanq̄z quoddā cementū: seu vinculū perfectionis. De qua ad Collo. j. dicitur. Super omnia charitatē habete: quod est vinculū perfectionis. Ex qua similitudine apparet qualiter sanctissima fides est substāna totius rp̄iane religionis. i. fundamentū substans ceteris cāctis virtutib⁹. Aliam similitudinē ponit Aug. sup Jo. di. Sicut in radice arboris nulla p̄or: sus apparet species pulcritudinis: t tamē quicqd est in arbore virtutis pulcritudinis t decoris: ex illa p̄cedit. Sic ex fidei humilitate que inter omnes prior est: quicqd est meriti: qcquid ve bitudinis aia susceptura est: ab ea procedit. hec ille. Aliam deniq̄z similitudinem ponit dūs iesus Matth. 7. Assimilans fidem firme petre: supra quam sapiens totaz domū suā edificat. Proinde Matth. 16. dixit. Super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Petraz vocat firmitatem fidei in petro. Hoc fundamēto tum nō timet pluuiā: nec flumina: nec ventos nec mixtionē est enim petre veritati. Proinde Matth. 7. dicit. Descendit pluuia t venerunt flumina: t flauerunt venti: t non ceciderunt domus. fundata enim erat supra firmā petram. hec ibi. Pluuia que de sursum venit est impugnatio aeree potestat. flumina q̄ de montibus descendūt. sunt persecutiones potentum atq̄z superborum. Venti dicūtur. Omnia tēptationū genera: que simul omnia non possunt destruere structurā t edificium

sanctarū virtutum infusarum. eo q̄ firmissime supra petram sancte fidei fundate sunt. Aliam postremo sanctissime fidei similitudinem ponit p̄bus. 7. Methaphisice. Et etiam Commentator sup scō de anima. dicentes. Substantia est prior omni accidente cognitiōe diffinitione t tempore. Accidens aūt p̄m Porphirium. li. vniuersalium. c. de accidente. Est quod adest t abest preter subiecti corruptionem. Et quoddā est separabile: ut dormire: quoddā inseparabile: ut nigredo corui. potest tamen corvus intelligi albus t preter nigredinem. hec ille. Et p̄bus primo Posteriorū distinguit dicens. Accidens est duplex. i. separabile: t propriū. Quibus premissis dico q̄ substantia prior est accidēte separabili tempore t natura: prout est anima. quia substantia anime in qua fundātur habitus virtutū t scientiaz. prior est natura t tempore ipsis virtutibus t sciētijs. Similiter substantia corporis prior est accidentibus suis tempore t natura. utputa nigredine t albedine: t huiusmodi. Talia accidentia que sunt posteriora tempore: t ratione ipsis substantijs. vtiq̄z sunt separabilia ab eis. p̄z. quia, albedo t nigredo interduz adsunt t interdum recedunt. Similiter habitus scientiarum etiā separabiles sunt ab ipsa potētia intellectiua. Aliq̄n per vehementē egritudinez corporis: Aliq̄n vero ex longa dissuetudine non recogitanti. Similiter est de habitibus virtutū: q̄n p contrariā consuetudinē vitiorum perduntur. Aliq̄n vero substantia est prior accidente nō tempore: sed simpliciter natura et ratione: t intelligi de accidente inseparabili. Nam accidens inseparabile in homine. p̄ut est risibilitas: hoc enīz nunq̄z potest ab homine separari. Unde null⁹ est homo vel fuit vnq̄: qui t si non riserit. sicut dicit fecisse rp̄s seu scientiā non didicerit: t virtutes non habuerit. tamen aptitudinem ridendi: scientiam addiscendi: t virtutes acquirendi semper habuit. Per quod p̄bus. j. Phisy. dicit. q̄ accidentia propria: t propie passiones nunq̄z separant a suis substātijs. Talia enī accidētia inseparabilia: vtiq̄z ratione t natura sunt posteriora ipsa substantia: quia sicut substantia anime est prior rōne t natura: nō tempe ipsis potentijs. que sunt intellectus t voluntas Sic substantia hominis in qua fundat risibilitas t disciplinabilitas est p̄or ratiōe t natura ip'o accidente inseparabili. quod est esse risibile t disciplinabile. ¶ Ex qua etiā simili tudine concludo q̄ cū cetere virtutes ut s̄ dictum est. sint in anima sicut quedā accidētia fundata super substantia: et habitus etiam ipsius fidei: propter hoc manifestum est: q̄ fides ipsa prior est ceteris virtutibus natura t ratione. t per consequēs est causatiua oium aliarū virtutum. Et sic ex predictis auctoritatib⁹: rōne: distinctōe: atq̄z q̄druplici similitudine patet qualiter fides est prior rōne ceteris virtutibus. t p consequens est causatiua omniū virtutū infusarum: oīs gratie gratum faciens tis. omnis meriti atq̄z oīs future glie. Et ex hoc: o fides benedicta: o fides sancta: o fides amabilis: o fides super omnia desiderabilis apparet q̄ inter ceteras omnes virtutes maxima precipue est virt⁹ tua atq̄z potentia. Teste p̄bo: qui in primo de celo ait. Omnia p̄ncipia sunt minima in quātitate sed maxima in virtute. Et. 2. elenchoz. dicit principiū quātitate minimū est: potestate vero maximū. Et sic etiā ex omnib⁹ supradictis patet primus respectus quo fides substātia dicitur.

¶ De scō respectu quo fides substantia dī

Eccūd⁹ etiā respectus quo fides ab Aplō substātia cē dicitur est respect⁹ necessitatis: q: nō tm ut claruit fides necessario est prior ceteris virtutibus. Et insup causatiua ceteraz virtutū. Sed insup est summe necessaria ad ceteras oēs virtutes habendas. Sicut etiā fundamentū domus dī esse necessariū respectu suaz ptiū. sine quo p̄tes esse non possent. hoc modo dicēdo a similiq̄ cum fides: ut declaratū est sit substantia t fundamentū oium virtutū: summe necessaria est ad ceteras virtutes habendas. sine q̄ impossibile est aliquā virtutē t precipue infusam haberi: qō tripliciter, pbo. Prio auctoritate. Scdo rōne. Tertio similitudine. ¶ Primo auctoritate. Aug. sup epl̄az ad gala. di. Sicut sine substātia fundamēti nulle p̄tes domus cē possunt. sic sine substātia fidei nulla virtus diuina t celestis esse p̄ōt. Et iō nullū implet mandatū: nullūq̄z opus bonum facit. qui in se fidei substantiā nō habet. ipossibile est enī: ut ait Aplūs. sine fide placere deo. hec ille. ¶ Scdo hoc idē, pbo vnica rōne. vz. posteritatis. Fundamentū rōnis ponit p̄bus primo Prioz. di. In quolibet genere rez: q̄ nō hz priora. nō p̄ōt habere posteriora. patet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bec regula. Qui enim non hz ardorē: que est quid pus nō pōt habere fructus posteriores ꝛ qui nō hz logicā que est clauis ad phiam ꝛ theologiam: non pōt phiam nec theologiam habere. Silr si cor non generat qō est pncipium in toto boie: impossibile est hre manus ꝛ cetera mēbra. ꝛ insup ipsam rōnalez aiam. Quo presupposito certū est a simili: q̄ q non hz fidem que est substantia oiuz virtutū: ois gre: meriti: ꝛ glie: impossibile est per 9ūs q̄ i se habeat aliquā virtutem infusam: gratiam gratū facientem: meritū ꝛ gliaz. Ex quo etiā concludit q̄ stantib⁹ terminis deus nulli pōt infundere spem nec caritatē: nec. 7. dona sci spūs. Nec insuper ceteras virtutes infusas nisi talis per pus in se habeat virtualr substantiā ꝛ habitum fidei. Et quo etiā elicitur q̄ ex quo iudei: saraceni: ceteriq; infideles. habitū vere fidei nō hūt: impossibile est eos hre aliquā pdictaꝝ virtutū. ¶ Tertio deniq; idē probo filitudine: q̄ vz substantia fidei oio est necessaria ad habendū ceteras virtutes. Sic̄ enim se hūt accītia tam separabilia q̄ inseparabilia ad substantiā: sic oēs virtutes: precipue infuse sc hūt ad substantiā fidei. Sz clarum est q̄ remota substātia nulla pōt hri vel esse accidentia: ergo a simili: remota substantia fidei: necesse est per 9ūs oēs virtutes infusas remoueri. Et q̄ nulla accidentia esse possint sine substātia: in qua fundant. p3 p phm. j. de gnātione ꝛ cor. di. Accīs nullū esset substantia nō erīte. Quod sic etiam p3: q̄ nulla est infirmitas: sanitas: albedo: nigredo: pulchritudo: ꝛ hmōi. nisi sit corpus in quo fundētur: nec insup habitus sciaꝝ esse potcrūt: nisi habeat potentia intellectiua in qua fundant. Et. j. phyſi. dicit. Accītia nō possunt intelligi esse sine substantia: intellige per nāz: q̄ bene supernaturaliter accidentia panis ꝛ vini consecrati stant sine subiecto in sacro altaris. Et 2. topico. dicit. Accīntibus solū 9uenit esse fm quid: ꝛ non simplr. Et. 7. metha. idem pbus dicit. Accītia nō stant sine subiecto: neq; sūt entia nisi q̄ entis. Deniq; in predicamentis ait. Impossibile est aliq̄ accīs esse vnū sine subiecto in quo est. Quibus premissis cōcludo: q̄ sicut nāliter nullū est accidens vel esse pōt: nisi pus adsit subiectū: seu substantia: in quo fundet. Sic a simili spūaliter: cū ois virtus sit accīs ipsi aie: impossibile est q̄ insit aie vlla virtus: nisi per prius sit aliqua substātia

siue fundamentū spūale: super quo ceteré virtutes fundent: sed hoc necessario est fides: ꝛ probatum est. ergo ꝛc. Et sic ex predictis pz intentū. ꝛ sic p3 etiam scūus respectus: quo fides dr substātia: qui dr respectus nēcitatis.

¶ De tertio respectu: quo fides substātia dr.

Ertius deniq; respect⁹: quo fides ab Apostolo substātia cē dicit: ē respect⁹ cōsernabilitatis. Fides sanctissima ve claruit non tm est necessaria ad habendū ceteras virtutes. nec insup tm est cā pncipalior ceteraꝝ virtutū causatiua: sed insup est predictoꝝ oiuz conseruatiua. Nam cum pdesset nec quid laudabile esset: q̄ substātia fidei cēt virtutū effectiua: nisi actualiter ipsas virtutes conseruaret in suo esse. Sicut nec etiā laudabile foret: q̄ terra esset pductiua plantarum ꝛ arboꝝ: ꝛ p 9ūs fructus: ꝛ etiam herbarum nisi etiam ea conseruaret in suo esse. Dico igit absolute q̄ substantia fidei ita conseruat virtutes in sua pfectōe ꝛ bonitate: ne ānihilētur ꝛ corrūpant: sicut etiam substantia mālis vt sic loquar: conseruat sua accidentia in eoꝝ bonitate ꝛ pfectione. q̄ hoc sit verū triplicit. probo. ¶ Primo auctoritate. ¶ Scōo ratione. ¶ Tertio similitudine. ¶ Primo pbo auctoritate sapiētie. Eccle. 32. dicēt. In omni ope tuo habeto fidem. Hec est enī 9seruatio mādatoꝝ: vbi glo. dicit. Nisi diuinā fidem in te habueris: precepta diuina vsq; in finem nūq; seruabis. ¶ Scōo hoc idē. pbo vnica rōne. de localitatis. Fundamentū rōnis ponit phs. de aia. 4. phyſi. ꝛ in lib. de longitudine ꝛ brevitate vite. di. Locus continens rem coopat vel ad gnātionez: vel ad conseruationē ipsius rei: eo q̄ i locis ,pprijs natura quelibz marie saluat. ¶ Patet hec regula quadrupliciter. Et primo naliter. Nam pisces vt videm⁹ nāliter conseruāt in aqua: rosa in spina. Et arbor in terra sibi proportionata. ¶ Oppositū fit si a,pprijs locis remoueāt: vnde pisces si extrahāt ab aqua: ꝛ ponāt in terra: statim morīt. Silr si rosa est extracta a spina: statim marcescit. Similiter ꝛ arbor vel virgultū: si a locis pprijs remoueāt statim morient. ¶ Scōo b regula pz ordinabiliter. ¶ Nam videmus q̄ ar miger i q̄dā ordinate sequūt capitaneū sub quo sunt: seu consiliū boni capitanei: plurimū 9ualescūt. Ecōuerso vero si iordiate ꝛ suo mō facere volunt: statim confundunt. ¶ Tertio h regula patet artificialiter. Nam videmus q̄ si semen ab agricola in terra bene cultiuata ponat: que est propius eius locus: fructificabit optimū fructum. Ecōtra vero: si ponatur in terra non laborata seu petrosa ꝛ spinosa: facit malū fructū: tam in paucitate q̄ in bonitate. Quarto hec regula deniq; pz moraliter. Nam si religiosus stat in religione que est locus eius respectu boni exempli: ꝛ cōfilij alioꝝ: conseruat in bonitate sue professionis. Ecōtra vero si egredit locum sue religionis fit vnus ribaldus: perdit omnē bonitatem ꝛ virtutez. ,pter q̄ beatus Antonius abbas dicebat monacis suis. Filioli videte ne egrediamini monasteriū vestrū: q̄ sicut piscis posit⁹ extra aquā moritur: sic ꝛ monachus cē monasteriū suum etiā moritur. ,Propter h omnia etiā lenia tendūt sursuz: ꝛ grauia deorsum: vt dicit. 4. celi ꝛ mundi. q̄ vadunt ad propriū locum in que meliuz ꝛ diutius conseruantur. His presuppositis dico q̄ a simili est de virtutibus ꝛ theologicis ꝛ moralib⁹ infusis. Et etiam plerūq; non infusis: q̄ tanto magis conseruant in sua pfectione ꝛ bonitate: quāto iugiter stant in loco suo nāli: qvtiq; est fides sanctissima: sicut superius ,pbatū est quā si quis removeat a corde suo: statim i eo corrumpit vel anullatur ois alia virtus infusa: ꝛ moralis: ꝛ acquisita. Sicut expresse vidēmus in multis: qui tm fuerint: aut nimia superbia: aut nimia cupiditate: aut nimia lasciuia carnis deuicti: ,pter q̄ nō credūt aliā cē futuram felicitatē nisi simplr pūtem: statim deserunt oēm virtutem: cunctaq; diuina ꝛ ecclesiastica precepta: ꝛ insuper pdunt oēs virtutes infusas: tam theologicas q̄ cardinales: quas in sacro baptismo susceperunt. ¶ Tertio deniq; etiaz ,pbo similitudine. vz. q̄ fides conseruat in aia oēs virtutes. Nam Cōmentator super. 7. metha. dic. Corruptis subiectis necessario corrumpunt ꝛ oia eoꝝ accidentia. Et sic p3. Nam corrupto humano corpore statim corrumpit ois eius pulchritudo: industria: ꝛ fortitudo. Ecōtra si corpus conseruet in suo esse: etiam predicta accītia p3 suo tpe integra cōseruant in esse. Similiter durante substantia aie cum corpore conseruant: ꝛ et⁹ accītia que sunt: risibilitas: ꝛ disciplinitas. q̄ si substantia aie corrumperet⁹: statim cuanescerent: ꝛ predicta accidentia inseparabilia. Similiter si substantia vel fundamentū domus destruitur: statim ruūt parietes ꝛ tectū

ipsius edificij. Econtra vero durante ipso fundamento: simul etiam durant parietes ꝛ tectum. Q̄ si sic est: ergo a simili de substātia fidei dictum est: qm̄ ipsa veraciter in anima durante: ꝛ existente necessario conseruant in ipsa anima: ꝛ cetere oēs virtutes. Quare ex predictis omnibus patet: qualiter fides ē cōseruatiua oiuz virtutum in anima: ꝛ per consequēs patet declaratio pmi articuli. In quo per triplicem respectum declaratum est qualiter fides non imerito ab Apostolo substantia vocatur: quā substātiā vere fidei: simul cū habitu omniū aliaꝝ virtutum: nobis concedere dignet: deus ipse qui cuz sit increata veritas: est obiectū singulariter ipsius fidei: cui sit semp bonor ꝛ glia i secula seculoꝝ. Amē.

¶ Feria scōa post dñicam seragesime: iteruz de diffinitione ipsius fidei sermo scōus.

Emen cecidit in terram bonā: ꝛ ortum fecit fructū centuplū. Luc. 8. ꝛ i euāgelio dñice preterite. Qm̄ vt extitit superius declaratū: per semen bonū q̄ō in terrā bonā cecidit: nō imerito habitus vere ꝛ bone fidei intelligit. Qui a deo p clementiā suā in terrā bonā humani cordis infundit: ꝛ p quē fidei habitū crescim⁹ in sciaꝝ virtutū gīa speciali. Idco 9gruenter ꝛ cōuenienter: iteꝝ thema p dicte dñice reassumpsi. Semen est verbum dei ꝛc. Et qm̄ sup hoc themate ,pposui diffinitionē ipsius sacratissime fidei ab Apl̄o assignatā: quā declarare volēs: demonstraui q̄ quattuor articuli erāt spāliter sup ipsa diffinitiōe declarādi. vz. qd significaret p illō verbū: fides est substātia. Silr sup illud rez sperandaꝝ. Silr argumentū. Et etiā silr qd significaret p illud verbū nō apparentū: hinc ē q̄ cū pmū articulū tm declarauerim: i fmōe hodierno decreui tm scōz articulū de diffinitione ipsius fidei declarare qui talis est.

¶ De scōo articulo de diffinitione ipsius fidei declarando.

Ecundus igit articulus in hodierno sermone solū declarādus: ē vide qd significet p illa verba diffinitōis ipsi⁹ fidei. vz. fides est substantia rez sperandarū. Nā spes cōiter fm doc. est simpliciter q̄daz exspectatio nō futuroꝝ bonoꝝ tm: sz ꝛ pūtū

vel preteritoꝝ. Ideo queritur cur Apostolus diffiniuit substantiam fidei per bona speranda ⁊ futura tm̃:⁊ nō per p̃nia:Ad qō rñdeo ſm doc.q Apostolus sapientissimus conuenientissime diffiniuit essentiam fidei p bona speranda futura tm̃:non per p̃nia triplici respectu. Quoꝝ primus dicit respectus ꝓportionis. Scōus respectꝰ significatōis. Tertius dicitur respectus inductionis.

¶De tertio respectu quo fides dicit esse substantia rerū sperandaꝝ tm̃:⁊ p̃mo de p̃mo.

Primus igit respectus quo fides ab
p Apostolo dicit esse substantia rerum sperandaꝝ tm̃:dicit respectus ꝓportionis. Volens enim Aplus recte diffinire ipsam fidez non erat decens neqꝫ cōueniēs cum fides sit simplr de bonis supernālibus non visis q diffiniret eam per bona p̃nia ⁊ nālia. Et q fides debuerit diffiniri simplicit cum obiecto bonoꝝ futuroꝝ supernaturaliū ⁊ non cum obiecto p̃nium ⁊ nalium bonoꝝ tripliciter oñdo. ¶Primo aūctibus. Scōo rōne. Tertio distinctione. ¶Primo probo aūctate. Nam Augu.22.de ciui.dei ait. Nō deus preparauit diligentibus se: fide non capitur:spe non attingit:caritate non cōprehēditur:desideria ⁊ vota oia transgredit: acgri pōt:extimari non pōt.ħ ille. Idem Augu.in lib.de vero cultu ait. Nulli dubiū esse debet qn deꝰ sit merces caritatis nostre:⁊ nō aliō. Ipe eni dixit Abrahe. Noli timere Abrahā Ego enim ero merces tua magna nimis:q si queras qd est deꝰ:dico q qdā bonū quo maius excogitari non pōt. Quid est deus? deus est qdā bonū increatū:oēm intellectū creatū excedens. Quid est deus? deus est qdam possessio sanctoꝝ interminata ⁊ infinita. Quid est deus? deꝰ est quoddā bonū:cui comparata oia alia bona:mala sunt. Quid ē deus? deus est quedaꝫ dulcedo infinita: viua ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oñi gladio anciptri. Quid est deus? deus est quedam caritas infinita:⁊ quidam intimus amor: qui non ſm partem:sed ſm totū quātum in se est bonis alia se contribuit. Quid est deus? deus ē qdam summū bonū in se continens omne bonum:a quo omne bonū:ex qō nullum ē bonum. Quid est deus? deus est quoddam bonum infinitū sacians ⁊ replens oēm rōnalē appetitum. Quid est deus: deus postremo ē quoddam bonum: de quo plene loqui nulla lingua pōt:⁊ nullus intellectus percipere. ℟ Augu. Er predictis aūctib⁹ p̄z:qualiter Aplus recte diffinit fidem esse substantiā rerū sperandarum futuraꝝ:erquo etiam beatitudo boia non est in presenti sed simpliciter est futura. ¶Scōo hoc ꝓbo vnica rōne.vz. idēptitatis Fundamentū rōnis ponit Cōmentator sup 7.⁊ etiam sup.io.metha.dicēs ſm nāz finis. Nāliter debent etiā esse ea que nāliter sunt ad finem:hec regula p̄z. Nam videmus ad oculum:q ſm exigentiam finis: cā efficiens eligit sibi mām cōuenientem ad finē intentū q̄ sic p̄z:qz qui vult facere instrm ad secandum lapidem:seu hoc fine:vt secet lapidem dicaꝫ est q eligit sibi mām ferri aut alterius metalli durissimā:qz si mā mollis esset posset cedere cū secaret. Item si aliqs vult aliquid duꝝ penetrare:requirit ad hoc faciendum q instrumenti forma valde acuta sit: qm̃ si forma esset obtusa nequaq̄ eēt penetratiua seu idonea ad penetrandū: Similiter si medicꝰ vult expellere aliquā infirmitatē grauissimā ab egroto: necesse est q ei medicinā nō leuā det seu paruā:sed fortissimā atqꝫ potentissimā quia aliter expelli non posset. Quo presuppoſito certū est q beatitudo bois est quoddam bonum summū non visum ⁊ supernaturale: prout dicit Ricar. in.4.di.49.ar.1.q.1.⁊.q.2. Qō confirmans Augustī.dicit prout recitat Magister ſniaꝝ in.2.di.1.dicēs. Creauit deꝰ creaturam rōnalem:vt summū bonū intelligeret:intelligendo amaret:amando possideret possidendo frueret.ħ ibi. Et Boe. prosa.2.5. lib.ait. O is mortalium cura quā multiplicis studioꝝ labor exercet:diuerso qdem calle ꝓcedit:sed ad vnū tm̃ finem: eterne beatitudinis nititur pucnire. Et Aplus.1.coꝝ.2.ait. Oculus non vidit:nec auris audiuit:que preparauit deus diligentibus se.q si sic est.vz.q vltimus finis hominis sit quoddā bonum invisum:⁊ supernaturale:⁊ summū:ergo a simili fides diffinita:cum sit habitus non visus ſmus ⁊ supernaturalis:merito debuit diffiniri per substantiam futuroꝝ ⁊ supernaturaliū bonoꝝ:⁊ non per bona presentia que sunt visa modica atqꝫ naturalia:qz si aliter fides esset diffinita.vz.per bona visa naturalia ⁊ p̄sentia:nequaq̄ talis diffinitio:cum non esset conueniens cum suo fine bona fuisset: nec ēt per bona visa ⁊ presentia nequaq̄ fides diceretur. Sed potius scientia demonstratiua: qm̃ vt dicitur.j.posterioꝝ.⁊.6.ethicoꝝ. Scia est habitus cōclusionis demonstrate. ¶Termo deniq̄,pbo distinctiōe.vz.q fides debuit diffiniri cum substantia ⁊ obiecto futuroꝝ bonoꝝ:⁊ nō presentiū. Nam Tho.scōa scōe q.17.arti.2.querit vtrū vere spei que fidei inditur possit esse aliud obiectū q̄ bonū futurū supernaturale ⁊ increatum:qō deus est: Et rñdit dicens. Spes deum attingit inītēs eꝰ auxilio ad consequendū bonum futurū infinitum ⁊ seperatum: vnde oportet effectū esse cause proportionatum. Et ideo bonum quod proprie ⁊ pncipaliter a deo sperare debemꝰ: est simpliciter bonum invisum ⁊ infinitum: qō vniq̄ ꝓportionatur virtuti:⁊ cause dei ad inuantis. Nam infinite virtutis est propriuꝫ ad infinitum bonum perducere. hoc autē bonum est simpliciter vita eterna: que in fruitione ipsius dei consistit. Non enim minus aliquid ab eo sperandum est:q̄ sit ipse deus aliter peccatum est:cū non sit minor eius bonitas per quā bona creature cōicat q̄ eius essentia. Et ideo ꝓprium ⁊ pncipale obiectū spei est simpliciter eterna beatitudo futura: quecūq̄ aūt alia bona nūq̄ debemus a deo petere nec sperare:nisi in ordine: finc iquātū nos ordinant ad illam futuram beatitudinē ħ Tho.ad litteram. Si igitur vt p̄z plus speratur in presentibus q̄ in futuris bonis:talis spes non est a deo:nec infusa:cum non sit infinite virtutis:sed simpliciter finite:eo q ad finitum bonum se conuertit:⁊ ideo est naturalis vel acquisita. Et ideo Tho.vbi supra i solutione scōi articuli dicit. Nunq̄ alicui lr̄ sperare aliqō bonū preter beatitudinem: sic vltimum finem:sed sicut illud qō est ordinatum ad consequendū ipsum vltimū finez. q si for te opponeres:cuꝫ obiectum speratum sit supernaturale ⁊ infinitum,virtus aūt nostra sit naturalis ⁊ finita. Et finiti ad infinitum: nulla est proportio:vt dicit.8.phyſicoꝝ. Ergo talis spes futuroꝝ vana est. Rñdit idem Tho.i.3. di.26.di.q aliqui habent spem consequendi futuram bonitatem gnaꝫ modis. ¶Primo ex infinito auxilio diuine potētie. Scōo ex infinito auxilio imense dei misericordie. Tertio ex infinita dei liberalitate. Quarto ex eterna dei ordinatione. Quinto ex liberi arbitrij ad peccatum inflexibilitate: qz.ſ.non ponunt obstaculum supradictis cū aliquo peccō. Et hanc spem habuerunt omnes sancti:⁊ est

a deo infusa *in animo*. Et qz ex infinita potētia non pōt egredi nisi simpliciter infinita virtus:hinc est q talis spes est infinite virtutis: ⁊ per ꝫ̄ns est proportionata ad capiendū obiectum infinitū qō deus est.ħ Tho.ſmialiter. Er premissis apparet euidenter:q cum sint tres generationes boiuꝫ hītes plus spem in p̃nijs bonis:q̄ in futuris:tales per ꝫ̄ns nō habent in se substātiā vere fidei que simplicii respicit futura ⁊ supnaturalia bona. Nā alig ponunt spem ⁊ magis confidūt in suo sensu q̄ in dei bonitate:⁊ q̄ in futura gloria:firmiter credentes q non sit aliud bonuꝫ q̄ p̃nis. De qbus ait glo.super verba Jere.c.4. Sapientes sunt vt faciant mala. bona autē facere nescierunt. Quicūq̄ inquit magis sperat in sua sapientia q̄ i dei doctrina:a sapia dei re probationē accipient.q ħ glo.de talibus dicit etiā Judith.6. Non derelinqs presumentes de te dñe. Sed presumentes de se ⁊ de sua virtute gliantes humilias.i.reprobas. Habemus de hoc exemplū de multis phis a deo reprobatis.de quibus ad Rom.j. Aplus ait. Inexcusabiles ante deū sunt:qz cū cognouissent deū:nō sicut deū glorificauerūt: aut gratias egerunt:sed euanuerūt in cogitationibꝰ suis:⁊ obscuratū est insipiens cor eoꝝ dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Alig insuper ponunt spem:⁊ plus confidūt in diuitijs suis q̄ in deo:⁊ futuris celestibus bonis Contra quos ſm ꝓphām tāq̄ contra reprobatos a deo. Justi dicent in eoꝝ morte. Vidēbūt:ingt:iusti ⁊ timēbūt:⁊ sup cū ridebunt ⁊ dicent. Ecce hō q non posuit deū adiutoꝝ suū:sed sperauit in multitudine diuitiaꝝ suarum:⁊ prevaluit in vanitate sua. Aliqui sunt deniq̄ q magis spem suam in parentibꝰ suis ⁊ amicis plus ponūt:⁊ magis in eis ꝫfidunt q̄ in bonis celestibus ⁊ futuris. Cōtra quos tāq̄ ꝑ maledictos. Jere.17.dr. Maledictus hō qui ꝫfidit in hoie:⁊ ponit carnē brachiuꝫ suū.i.ponit in res carnales spem suā: sequit ⁊ ad nō recedit coꝝ eius. Erit eni q̄si mirce in deserto:⁊ non videbit cū venerit bonū:sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis ⁊ inhabitabili. Būdictus vir q confidit in dño ⁊ erit dñs fiducia eius:qm̃ erit q̄si lignū qō planatū est sup aquas.ħ ibi. Er predictis igit aūctibus rōne atqꝫ distinctiōe p̄z primus respectus.vz.ꝓportōis quo fides ab Aplo dr esse substantia rerū sperandarum tm̃

Si forte quercs recreatiõis causa.q̃re Apo. dirit fides est substantia rex sperandax t nõ diligendax. Rñdit Alexã. in.3. parte in tractatu de fide.q hoc facit Apo.duplici respcũ. vz conformitatis t supfluitatis. Et primo respectu cõformitatis. clarũ est enim sicut dicit 5.Methа.q causa t effectus semp debẽt eẽ ꝓportiõnati.quia cũ sol essentialiter sit lucid⁹ ideo effectũ suum.i.radiũ nobis lucidũ emittit.Quo concesso certũ est. qz cum charitas sicut habetur.1.cozin.13. Nunq̃ excidat:econtra vero fides excidat: q: fides euacuabit nec manebit in gloria.fm q fides est substantia: aiũt fundamentũ non poterit,ppter hoc fides dici fundamentũ charitatis vel substantia rerum diligendax p se.quia fundamentũ manet in eo cui⁹ est fundamẽtũ:t sic nũq̃ excidet:qõ cẽt ꝺ aplm. Ecõtra vero cũ spes sit boni absentis.quẽadmodũ t fides:t pmanet cũ fide i pñti:t euacuabit cũ fide futuro ꝺucniẽti ex ꝺ dirit Apo.q fides ẽ substãtia rex sperandax:et non diligendax. scõo hoc dirit Aplꝰ respectu supfluitatis.sententia eniz est phi. 3. de aia.q ficut natura non deficit in necessarijs. Sic etiaz nõ habundat in supfluis. quo cõcesso:certũ est q cum dilectio possit esse tã presentiũ bonox:q̃ futurorũ bonox.cõuersio spes simpliciter sit futurorũ bonorũ quem admodũ t fides.cõuenientius,ppter hoc dirit.Apo.q fides est substantia rerũ sperandarum t non diligendax:quia hoc superfluum fuisset dicere. Et quibus etiam patet declaratio primi respectus.

¶ De scõo respectu quo fides dicit esse substantia rerum sperandax tm̃.

Ecũdus respect⁹ quo fides ab Apo. dicit esse substantia rerũ sperandarũ tm̃ dicit respect⁹ significationis. Sententia enim phi est.2. ꝓtiorũ. q signũ est demonstrativa,ppositio faciens fidẽ: seu signuz est demonstratio signati.pz hec regula. Maz sumus in altũ elcuatus est demonstratiuus ignis.t circulus ad tabernam est significatiuus vini ad vendendũ. Et insup dicit.2.poz ꝓPer signa corporis nobis ignota filogizamus nobis passiones aie ignotas.Quo presuppositio:certũ est a simili q Apo. diffiniuit fidem esse substantiã sperandax rerũ.s. futurarum t nõ presentiũ:quia in presentibus bonis nullatenus consistit humana felicitas et beatitudo:sed simpliciter in bonis non visis et futuris. q si aliter diffisis fidem oppositum dixisset eius quod intendebãt probare. q autem humana felicitas t beatitudo non consistat in presentibus bonis sed solũ in futuro t supnaturalibus triplicit ꝓ nũc probo.

¶ Primo auctoritatib⁹. ¶ Secũdo ratione. ¶ Tertio distinctione. ¶ Nam Auicenna.9. Methа.suc.c. 7.dic. Ex quã dedit Macrobius ostendit perfectionẽ felicitatis t miserie cox quc sunt fm corpus. Sed alia est felicitas:que apprehendit in intellectu. Sapientibus vero multo magis est t fuit cupiditas ad consequendũ hanc felicitatẽ: q̃ corporeus hec ille Aristo.etiã dicit.7. Ethic. Bestialiter sunt t non felices:solũ fm sensum viuentes et li.de regi.pn.ait.Alexãꝺ.Que glia tibi erit si crescas viciũ t voluptatẽ irrõnabiliũ animaliũ. hec non felicem.sed magis infelicẽ hominẽ faciunt.hec ille. Itẽ quoq̃.8. Ethic. Tripliciter est bonũ.vz honestũ:vtile:t delectabile.Sed honestũ bonum simpliciter bonũ est.Tulius etiã in primo de offi. ait. Sed pertinet ad omnẽ officiũ questionez semp in promptu habere:q̃tum natura hominis pecudib⁹ religq̃ bestijs antecedat. Ille enim nihil sentiũt nisi voluptatẽ ad camq̃ ferũtur toto impetu. hominis autẽ mens discẽdo alter t cogitãdo semp aliquid aut inquirit: aut agit:videndiq̃ t audiendi delectatione ducit quinctiã si quis est paulo ad voluptatẽ,ppensior caueat mõ ne sit ex pecudũ genere. Bũt enim quidã homines nõ re:sed nomine. Sz si quis est paulo ad virtutes erectior ꝙuis⁹ voluptate capiatur:occultat t dissimilat appetitum voluptatis ꝓpter verecundiã. Et quo intelligit corporis voluptatẽ non satis eẽ dignaz hominis pstantia:camq̃ contẽni t rebi oportere. Sz si fit gspiã q aligd tribuat voluptati diligẽter sciat ei renẽdũ eẽ medũ ne fruẽde. Itaq̃ victꝰ cultusq̃ corpis ad valitudinẽ referãt t ad vires ñ ad voluptatẽ. Atq̃ etiã si ꝺsiderare volum⁹ q̃ sit in nã hois excellentia t dignitas facile intelligim⁹ q̃ sit turpe defluere luxuria: t delicate ac moliter viuere:q̃q̃ honestũ parce continẽter seuere sobrieq̃.hec ille. Et aliquantulũ ꝺ dicit. Ineptz eni a natura ita generati sumus: ut ad ludũ iocũq̃ facti esse videamur. Sed ad seueritatem potius t ad quedã studia grauiora atq̃ maiora.hec Tulius. Weniq̃ glo. super verba Aplꝰ. Non habem⁹ hic ciuitatẽ pmanentem

sed futurã inquirimus.ait. Dis pñs voluptas t prosperitas contẽnenda est t festinãdũ est ad aliã futurã voluptatẽ t prosperitatẽ quã dominus deus vaturus est cis qui diligũt cuz. ꝺ glo. Et predictis igit auctoritatib⁹ pz.qualiter secundũ Aplꝰ diffinitionẽ humana felicitas non est in bonis pñtibus: sed simpliciter in futuris. ¶ Secũdo hoc idẽ probo duplici ratione. ¶ Primo ratiõe appetibilitatis. Secũdo rõne finalitatis. ¶ Prio probo rõne appetibilitatis. Fundamentũ rõnis ponit pbs.12.Methꝺ.dicẽs. ¶ Primũ bonũ est mari me ab omnib⁹ appetibile. vñ etiã Cõmentator dicit. Naturale desideriũ inest omnibus ad cognoscendũ primã cãm t veritatẽ.Cum quib⁹ concordãs Aug.i.4.de tri.ait.Oẽs homines tã boni q̃ mali eternã beatitudinem appetũt. Et.10.de ci.dei.c.j.dicit.O iuz certissima sentẽtia est:q rõne quoquo mõ vti pñt oẽs hoies velle esse btos t felices.Quo presuppositio.vz q omnes appetitus rõnalis appetit post mortẽ t videre deũ t habere quandã felicitatẽ oia bona delectabilia in se continentẽ. ¶ Peto quis mouet rõnalẽ appetitum ad desiderandũ talem futurã felicitatẽ. et certum est q ipse deus q in creatione ipsi⁹ animc humane naturalẽ appetitũ sibi dedit. di. Aug.13.de tri.c.8. Ad appetendũ futurã beatitudinez nã ipsa cõpellit cui summe bonus t incõmutabiliter beatus creator hoc indidit dec ille.Quod cõfirmans pbs p rõnem. 5.t 7. ¶ Phisy. di. In mouẽtibus t moris nõ est ꝓcessus in infinitũ:sed est deuenire ad primũ mouẽs immobile. Et Boc.metro.4.li.3. di. Strabilisq̃ manens.s.ut deus.das cũcta moueri.quod sic pz.Nã manus mouet in virtute brachij:brachiũ in virtute cozdis.cor in virtute aie:ergo anima mouet in virtute dei: q si ut pz deus mouet appetitũ rõnalẽ vltra ꝓsentẽ vitã que mortalis ẽ.ad appetendũ aliã futurã beatitudinẽ.Aut talis futura beatitudo est aut nõ. Si est habeo intẽtũ: q: fm diffinitionẽ Aplꝰ felicitas hois stat i futuris bonis t nõ in pñtibus. Si autez aliqua futura beatitudo nõ est:ergo deꝰ ociose vanc: t frustra dedit aie rõnali hũc appetitũ. Sz hoc ẽ impossibile q deus faciat aliqꝺ ociose. quia 3.de aia.et primo ¶ Obificor. t scõo de celo et mũdo.phs dicit.q deus nihil vnq̃ agit frustra:q si sic est:ergo necessario cõcludit.q felicitas hominis nõ consistit in bonis pñtib⁹. sed simpliciter in futuris. ¶ Scõo hoc idẽ,probo rõne finalitatis. Fundamentũ rõnis ponit phs.2. ¶ Obificor.7.1.de aia.dicẽs. Omne agens fm rõnem agit propter finẽ. t nota qꝺ dicit fm rõnez:qm arbores virgulta et aialia bruta.etiã si aligd faciunt t operent ex quibus aliquẽ finẽ cõsequũtur:tm̃ cũ careant rõne.regunt ab ipsa intelligẽtia.i.ab angelo. ꝓpter qꝺ Cõmẽtator sup.11.Methа.ait. Nihil agit nisi mota supioriꝫ causis q̃ sunt deꝰ t intelligit.vñ op⁹ nature:op⁹ est intelligentie ¶ Sz ergo regula ꝺ dicta. Nã agricola hoc fine laborat agz t vineã:ut recolligat fruct⁹ et vinũ.Quo ꝓsupposito certũ est:q cuz deꝰ sit plen⁹ infinita sapia t itellcũ a sortiori qcqd facit ꝓpter aliquẽ finẽ facit. qꝺ ꝓfirmãs Cõmen. sup.2. ¶ Obisi.dic.q dñt debẽt nõ agere,ppi fine:tollũt sollicitudinẽ dei circa hec inferiora q si sic ẽ:q̃ro.Cur deꝰ fecit elemẽta fruct⁹ terre:t cetera oia aialia bruta. Et claz ẽ: q non ob aliud nisi ut ostẽderet potẽtia suã:t ad hominis vtilitatẽ.q eis vtif.,ppter qꝺ pbs.i.politicox.dicit. Natura facit oia alia,ppter hominẽ. Et.2.phisi.t etiã.2.de anima ait. Finis quodãmꝺ oim ẽ hõ. Qꝺ totũ confirmat. S. Bonauẽ.in.2.di.i.pte.2.arti.2.t formalr in.2. d.15.ar.2.q.1. Vbi dic.Qꝺ lz deꝰ prio finc creauerit ꝺ dicta,ppter oñsionẽ glie sue.,put dic Salomõ,puer.16. Vniuersa,ppter semetipz operat⁹ ẽ deꝰ: tm̃ fine secũdario creauit ipe aliq̃ ad nrm vsuz:aliq̃ ad nrã recreationẽ: t aliq̃ ad nrm subsidiũ.q si deꝰ ut pz ,ppter finẽ hominis supradicta creauit: ergo seqt q hõ est nobilissimus t prudentissim⁹ oium aialium. Quib⁹ ꝑmissis etiã quero quo fine fecit deꝰ hoicm. Si forte dicis q hoc finc ut simplicit in bacvita comedat bibat luxurietur diuitijs abũdet:t tandẽ moriat ut videm⁹ ꝓ experientiã t postmodũ de ipso nulla habeat memoria. Claz est q hoc falsissimũ est:ꝓ eo q terra arbores cetera q̃ aialia essent nobiliora ipso homine:quod est cõtra oẽm naturalẽ phiam: q̃ vult finẽ nobiliorẽ esse oibus his:q̃ sunt ordinata ad finẽ.ut dicit.2.phisy. Idcirco oz concludere hominẽ immortalẽ esse creatuz hoc fine: ut immortali t futura beatitudine perfruatur.dicente Bẽn.in suis sententijs. Nã q̃ deus creaturam rationalem creasset: nisi eam ad eternam beatitudinem ordinasset. hec ille. Quod si sic est: ergo cum deus nihil frustra agat.t cetera. Sequtur q beatitudinez

hominis collocat non in bonis presentibus et visibilibus: sed simpliciter in bonis invisibilibus sup naturalib⁹ ⁊ eternis. Ho egregie ꝟfirmans. Lact. in. 7. diuinax instituto. aduersus gentes. c. 4. ait. Quis est enī vel tā ineptus: vel tam ociosus: ut aggrediat aliquid facere frustra et quo nullā vtilitatē nullū cōmodum speret. ¶ Qui domuꝫ edificat non ideo edificat ut tantūmodo dom⁹ sit: sed ut in ea possit habitari. Qui nauē fabricat. nō ideo assumit operaꝫ ut tm̄ nauis appareat: sed ut in ea nauigetur. Item qui vas aliquod instituit ac formatꝫ nō ꝓpterea id facit ut tm̄ fecisse videat: sed ut vas illud effectū capiat aliqđ necessariū. Similiter cetera quecūqꝫ fiūt. nō vtiqꝫ in supuacuū. sed aduersus aliquos viles labores. ¶ Mūdus igitur a deo factus est nō vtiqꝫ ꝓpter ipm̄ mundū: neqꝫ enim aut colore solis: aut lunę: aut spiratione ventoꝝ aut humore imbriū: aut alimonia frugū: cuꝫ sensu careat indiget. Sed nec illud quidē dici potest: qꝺ deus propter seipsum fecerit mūdū. quoniā potest cē sine ipso mūdo sicut fuit antea. Et his omnib⁹ q̄ in mūdo sunt queqꝫ generant. Deus ipse non vtit. Apparet ergo animantiū causa mundū esse cōstitutū: quoniā rebus his quib⁹ ꝟstat animātes fruunt. Quę ut vivere ⁊ ut constare possent. oia his necessaria tempibus certis subministrantur. Rursus ceteros animātes homis causa esse factos et eo clarum est: qꝺ homini seruiunt et tutele eius atqꝫ vsib⁹ dati sunt. Et infra. Sicut ergo mundū non propter se deus fecit. qꝫ cōmodis eius non indiget. Sed propter hominē qui eo vtitur. Ita ipm̄ hoiem propter se que vtilitas deo in homine: inquit Epycurus. ut euꝫ propter se faceret. s. ut esset qui ei⁹ opera intelligeret. qui prouidentiam disponē di. rationē faciendi: virtutez cōsumandi. ⁊ sensu admirari. et voce ꝓ loqui posset: quorum omniū summa hec est ut deum colat. Is enī colit qui hec intelligit. Is artificem omnium rerum. Is patrem suū verum debita veneratione prosequitur qui virtutem maiestatis eius de suorum operū mucntione: inceptione perfectione meritur. Quod planius argumtū proferri potest: et mundū hominis: et homines sui causa deum fecisse: q̄ꝫ qꝫ ex omnibus animātibus sol⁹ ita formatus est: ut oculi ei⁹ ad celum erecti: facies ad deum spectans: vultus cum suo parente cōmunis sit. ut videatur

hominez quasi porrecta manu allevatum. et humo ad contemplationem sui excitasse. hec Lact. Quare ex predictis rationibus patet. qualiter humana felicitas: non consistit in visibilibus et presentibus bonis. Sed simpliciter in invisibilibus et futuris. ¶ Tertio hoc idem probo distinctione. Ric. in. 4. distinct. 49. arti. ꝓmo quest. 3. in corpore quest. dicit. Cum queritur an beatitudo hominis possit esse aliquod bonū visibile ⁊ creatum: an simpliciter est bonum invisibile ⁊ increatuꝫ. Respon. Beatitudo vite humane dupliciter potest accipi. Uno modo ꝓ illo bono in quo ꝓfecte et plenarie quiescit humana vita. Alio modo ꝓ perfecta quiete humane vite in illo bono: que consistit in perfecta hominis coniunctione cum bono illo. ¶ Primo mō beatitudo est simpliciter quid increatum. s. ipse deus. In nulla enīꝫ creatura ⁊ bono alio posset homo inuenire vnq̄ perfectam sufficientiam ad quietandū ⁊ perficiendū cum totum Unde August. li. j. confess. ait. Fecisti nos domine ad te: ⁊ inquietuꝫ est cor nostrū donec requiescat in te. Igitur coipso q̄ homo fit animam factus est ad imaginem dei: tante capacitatis est: ut nullum bonum possit ei sufficere preter summum et infinitum bonum. sicut dicitur in libro de spiritu et anima ante medium. Beatitudo autem secundo modo accepta est aliquid cristens in bono tamq̄ eius vltimata ⁊ plena perfectio: ⁊ hoc est aliquid creatum. In nullo igitur alio visibili ⁊ creato bono potest beatitudo hominis cōsistere. Hec Ricar. ad litteram. Aliam distinctionem breuem ⁊ auream ponit Thomas prima secūde. q. 2. arti. vltimo. in corpore quest. di. Cum queritur an beatitudo hominis possit consistere in aliquo bono visibili et creato. Respon. Impossibile est omnino q̄ beatitudo hominis consistat in aliquo creato bono: quia beatitudo est bonum perfectum totaliter quietans appetitum: alioquin non esset vltimus finis: sed adhuc restaret aliquid appetēduꝫ. Cuncta vero creata bona si essent in obsequiū hominis non possent euꝫ saciare. Et ratio est. quia obiectum voluntatis humane est vniuersale bonum sicut intellectus obiectum est vniuersale verū. Ex quo patet q̄ nihil potest quietare voluntatem hominis: nisi bonū vle: quod non inuenit in aliquo bono creato ꝟ solū in ipso deo. di. ꝓbo

Qui replet in bonis desiderio tuo. Et alibi saciabor cum apparuerit gloria tua. Et ideo sub figura dictū est. Exo. 33. Ostende mihi gloriam tuam. Ostendam tibi oē bonum. Cum igitur sm Boc. prosa. 2. lib. 3. Beatitudo bois sit simpliciter status quidam oiuꝫ bonoꝝ agregatiōe perfectus: ⁊ talis agregatio sit simplr in solo deo. cōcludo ꝓpter hoc q̄ beatitudo bois nō possit consistere in aliquo bono creato: ꝟ simpliciter in increato. hec Tho. sentētialiter. Ex predictis igit̄ auctibus: rōnibus: atqꝫ distinctionibus. p3 qualiter felicitas bois non pōt esse in pītibus bonis: sed simpliciter in futuris. Et p ꝟis etiam p3 scōus respectus. vꝫ significationis: quo fides ab Aplo dicit cē substantia rez sperandaꝝ futuraꝝ tantum.

¶ De tertio respectu quo fides dicit cē substantia rez sperandaꝝ tm̄.

Tertius denīqꝫ respectus quo fides ab Aplo dicitur esse substantia rerū sperandaꝝ tm̄ futuraꝝ dicit respect⁹ inductiōis. Regula est pbi. 2. metha. q̄ quodlibet obiectū mouet potentiā suā ad actū: qꝺ p3. Nam cum sonus seu vox sit obiectum potentie auditiue: si accidit q̄ aliqs cum aliquo instro seu ꝓpria voce facit dulcē cantū ⁊ sonū statim potentia auditiua mouet ad audiēdū eum. q̄ si sic potentia sensitiua mouet ad ꝓprium obiectum: a fortiori potentia intellectiua: ⁊ etiam volitiua ꝺ3 moueri ⁊ ferri in ꝓprium obiectū: qꝺ est vez ⁊ bonū increatum deserendo ꝓpter hoc oia alia obiecta sensibilia: visibilia: ⁊ atqꝫ creata. Et ideo cōveniēter Aplus diffiniens fidem: dixit eā esse substantiā rez sperandaꝝ futuraꝝ: ⁊ non pītium: in quibus solū vt imediate claruit ꝟsistit humana felicitas: vt ex hoc humanus intellectus ⁊ appetitus semp preeligat ⁊ ꝓponat seu inducatur ad preeligendū seu ad proponendus ꝟp bona futura: ⁊ supnālia bonis pītibus ⁊ naturalibus. Et q̄ qsqꝫ debeat ⁊ tenear semp preponere in actibus suis tam intrinsecis q̄ extrinsecis futura ⁊ supnaturalia bona bonis pītibus visibilibus ⁊ naturalibus tripliciter probo. ¶ Primo auctoritatib⁹. ¶ Scōo rōne ¶ Tertio exemplo. ¶ Primo, pbo auctibus. Nā Matth. 6. Sal. ait. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolit. ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furant: ꝟ thesaurizate vobis thesauros i celo: vbi nec erugo nec tinea demolitur: ⁊ vbi fures non effodiunt neqꝫ furātur. hec ille. Apostolus etiā ad col. c. 3. ait. Si ꝟsurrexistis cū rpo que sursum sunt querite: vbi rpus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: non que sup terram. Arist. etiam lib. de regi. pn. ad Alex. ait. Noli appetere ⁊ querere qꝺ est corruptibile ⁊ tranſitoriū: sed para tibi diuitias incorruptibiles ⁊ imortales: vitam imutabilem: regnum eternum: ⁊ dñationem gliosam. Aug. etiam in lib. de virginitate. sic dicit. Eternaꝝ gloriam semp pre oculis habeas: qm̄ tanta ē delectatio future glorie: q̄ etiam si non liceret amplius in ea mancre nisi vnius diei hora: ꝓpter hoc solū ⁊ innumerabiles anni huius vite pleni delicijs: ⁊ omni ꝟfluentia bonoꝝ temporaliū recte: meritoqꝫ contēnerent. ḃ ille Idem quoqꝫ Augu. lib. 10. de ciui. dei. di. Tā delicata est futura beatitudo: tantoqꝫ amore dignissima q̄ quicqd boni haberi pōt in hac vita sine illa faciat hoiem miserū non beatuꝫ hec ille. Crisostomus etiam sup Matth. ait. Si quottidie oporteret nos tormenta pferre si ipsaꝝ gehēnā paruo tpe tolerare: ꝓ eo: vt rpm̄ videre possemus in futuro iudicio venientem: ⁊ scōx eius numero sociari: nōne dignū est pati oē qꝺ triste est mō: vt tante future glorie participes haberemur. hec ille. Denīqꝫ Greg. in omel. vnius martyris ait. Si consideremus frēs carissimi: que ⁊ quāta sūt que nobis ꝓmittuntur in celis: vilescunt aio oia que hītur in terris. Terrena nāqꝫ substantia superne felicitati cōparata pondus ē non subsidiuꝫ: temporalis vita eterne vite cō parata mors est potius dicenda q̄ꝫ vita. Ipe enim quottidianus defectus corruptiōis: qd est aliud q̄ꝫ quedā ꝓpritas mortis? Que aūt lingua dicere: vel qs mtellectus capere suffiē illa supne felicitatis quāta sint gaudia. Angelox chorus interesse: cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere: presentē dei vultum cernere: incircūscriptū lumen videre nullo mortis metu affici: incorruptiōis ppetue munere letari? Sed ad hec audita inardescit animus. Jamqꝫ illic cupit assistere vbi se sperat sine fine gaudere: sed ad magna premia peruenire non pōt: nisi per magnos labores. Unde ꝟPaulus egregius predicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Delectat igitur mentem magnitudo premioꝝ: sed non deterat certamen laboruꝝ.

Universidad de Deusto Biblioteca

ḃ Grego. Ex predictis auctoritatibus patet qualiter quisq; tenet preponere futura bona pñtibus bonis. ¶ Scdo ḃ idem ꝓbo vnica ratione. s. comparationis. Fundamētū rōnis ponit pbs. j. etbi. t. phys. i. z. topico. di. Finis melior est, oibus his que sunt ad finem. ps ḃ regula. Nam innumerabiles serui ordinati ad finem seruitutis vnius dñi: nihil fere bñt nobilitatis t dignitatis per cōparationē ad dñm qui est finis eorū. Insuper sanitas ad quā acquirendā ordinate sunt oēs medicine incōparabiliter est melior oibus simul medicinis. Quo suppposito certū est: q futura bona simpliciter: t non pñtia: sicut in precedēti monstratū est: sunt finis rōnalis creature: ḡ per ꝺ̄s sunt meliora incōparabiliter oibus pñtibus bonis: ꝓ eo q hec bona presentia simplr ordinata sunt vt futura bona acquirant. Sed manifestū est: sicut dicitur. z. de generatione t corup. Et in. 5. etbi. q nā semp eligit qd melius est. Et in. j. etbi. dicitur. Rō recta semp suadet t deprecatur ad optima: ḡ propter hoc necessarie concludit q futura bona debent bonis pñtibus oibus anteponi: cū incomparabiliter sint meliora. q si qs oppositum facit: non veram sed falsam fidē in se possidet: ex qua rōne ps idem q supra. ¶ Tertio deniq; hoc probo vnico exemplo. Nam Crates pbus thebanus. prout dicitur in lib. de vita t moribus phox: qui etiam fuit Zenonis preceptor: cum valde virtuosus esset: magnum auri pondus in mare proiecit. di. Abite pessime diuitie: ego potius vos mergā q̄ ipse mergar a vobis. Non enim putauit se posse simul diuitias t virtutem possidere. De ipso enī sic dicit Hiero. t ponit. ij. q. j. c. gloria epi. Crates ille thebanus bō quōdam ditissimus: cum ad philosophandū athenas pgeret magnum auri pondus abiecit: nec putauit se diuitias simul t virtutes possidere. hec ibi. Et licet in aliquibus decretis scriptum sit. Socrates ille falsum est: t venit ex vitio scriptox: qm̄ nō fuit Socrates: sꝫ Crates: sicut predixi: qui aurum in mare proiecit Si igitur pbs iste virtutes morales pponit cunctis opibus pñtis vite: a fortiori quisq; fidelis christianus tenetur preponere futura t eterna bona omnibus presentibus t temporalibus bonis. Sicut auctoritatibus ratione t exemplo premonstratum est. Ex predictis igitur omnibus patet tertius respectus, vz. Inductionis. quo fides ab Apostolo dicitur esse substantia rerum sperandarum futurarū. Et per consequens patet declaratio scdi articuli. in quo per tertium respectū declarātū est qualiter fides non imerito dicit substātia rex sperandarux t futurarx: que bona sperranda futura t inuisibilia supernaturalia infinita t eterna nobis largiri dignet omnipotens deus: g est beatitudo atq; felicitas oīx beatorum atq; sanctorux: cui semper sit laus honor t gloria rē.

¶ Feria tertia post dominicā sexagesime de diffinitione ipsius fidei.

Semen cecidit in terram bonā: t ortum fecit fructum centuplum. Luc. 8. c. Ex in euangelio preterite dñice. Postq; sufficienter declarauimus duos pncipales articulos: in qbus monstratū fuit: qualiter Apl̄us conuenienter fidꝫ sanctissimā diffiniuit. di. q fides est substantia rex sperādax rē. Vbi declaratum est: qd significetur per illud verbum substantia: t etiā qd significet p illa verba sperandax: vt de tota ipsius fidei diffinitione habeat pfecta scia: scu plena cognitio: t intelligentia. Decreui t statui reliquos duos articulos non declaratos in sequentibus declarare. Quox vꝫ pm̄ꝫ: sed tertius in ordine talis erit.

¶ De tertio articulo de diffinitione ipsius fidei declarando.

Tertius igitur articulus in hodierno sermone solum declarandus: est videre qd significet per illud verbū diffinitionis. vꝫ argumētū. Nam Apostolus in diffinitione ipsius fidei dicit. Fides ē substantia rex sperandax: t statim subiungit: di. argumentū. Nucro igit qd significet p illū terminum argumentuꝫ: seu quero quo fine: t quo respectu Apostolus diffiniens fidē: dixit eā essentialiter esse argumentū non apparentū t certum est q diffiniuit eē argumentuꝫ triplici respectu. Primus dicit respectus certificationis. Scdus dicit respectus exclusionis. Tertius dicit argumentationis.

¶ De triplici respectu quo fides dicitur esse argumentū: t primo de primo.

actibus vite sue. Sic ⁊ medicus diuersis infirmitatib⁹ ordinat diuersas medicinas. Et sic etiam videmus per experientiam: q⁹ auarus cuius finis est diuitiarum copia: eo modo vsuit. s. in variis artib⁹: mercantijs: ⁊ contractibus feneratijs: quo possit melius finem illum consequi. s. diuitias congregare. Carnalis insuper cuius finis est voluptas carnis: ⁊ delectatio: etiaꝫ eo modo viuit ⁊ ordinat oēs actus suos: atqꝫ vitam: quo magis experiri possit finem delectationis sue. Superb⁹ aũt qui in honore: vanis dignitatibus ⁊ excellentijs finem suum esse cristimat: studet ad ea sectanda: per que faciliter possit consequi finem quem intendit: hoc idem facit gulosus: cuius finis est in gule delectatiõe: qñ eo mõ viuit querendo. s. exquisitas delectationes: atqꝫ pinguiores cibos: qui reperiãtur ad macellum: vt sic delectationem suam consequat de quibus Apostolus ait. Quorum de⁹ venter est. Que simul omnia moralis Grego. confirmãs in oiuclia plurimorum martyrũ sic dicit. Omnia nãqꝫ que ad vsum vite accepimus: ad vsum conuertimus culpe. Sed cuncta que ad vsum pranitatis inflexim⁹: ad vsum nobis reuertuntur vltionis. Tranquilitatem quippe humane pacis: ad vsum vertimus vane securitatis. peregrinationem terre pro habitatione dilexim⁹ patrie salutem corporum: redigemus in vsum vitiorũ: vbertatis abundantiam non ad necessitatem carnis: sed ad peruersitatem intorsimus voluptatis. Ipsa serena blãdimẽta aeris: ad amorem nobis seruire coegimus terrene delectatiõis. Jure igitur restat: vt simul nos omnia feriant: que simul omnia vitijs nostris male subiecta seruiebant: vt quot prius in mundo incolumes habuim⁹ gandia: tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta. hec ille. Ne igitur aliquis erret in operibus suis: dũ errat in fine: non proprio: necesse est q⁹ finem simpliciter supernaturalem de rebus futuris ⁊ non visis precognoscat: vt omnes eius actus ⁊ operationes ad illum finem dirigat: q⁹ finis supernaturalis: cum aliter cognosci nõ possit: nisi per simplicem ⁊ solum habitum fidei: ergo per consequens cõcluditur: q⁹ fides cuilibet est necessaria ad salutẽ. Quod vtiqꝫ Augustinus confirmans lib. 16. de ciuita. dei dicit. Quid agat seu quo tendat vt ad beatitudinez humana perueniat infelicitas: nescit si diuina non ducit auctoritas. hec ibi. ℂ Tertio probo fidem esse necessariam ad salutem ratione purificationis. vz. peccatorum. Fundamentum rationis ponitur de consecra. di. 4. c. Non potest quis vite celestis gloriam accipere: nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati. hec ibi. Quod etiaꝫ confirmãs Sal. ait ℳatth. 5. c. Beati mundo corde: qñ ipi deum videbunt. Quo presupposito vz. q⁹ nulla anima poterit vnq̃ deum videre: in cuius visione: hominis beatitudo simpliciter consistit: nisi fit mundissima ⁊ purgatissima ab oi labe peccati. certus est q⁹ quisqꝫ preter nullis Christo ⁊ virgine gloriosa post inobedientiã primi parentis incidit in maculam ⁊ culpaꝫ originalis peccati. dicente Augustino lib. de fide ad ℙetrum. Et ponitur de consec. dist. 4. c. firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites oẽm hominem: qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipitur: cũ originali peccato nasci: pietati subditum: mortiqꝫ subiectũ: ⁊ ob hoc naturaliter nasci ire filium. de quo Apostolus dicit. Eramus natura filij ire sicut ⁊ ceteri homines. hec ille. Quod confirmãs Greg. super Ezo. ⁊ ponitur a magistro sententiarũ in .3. distin. 30. c. Sed quod. dicit. Omnes in peccatis nati sumus: ⁊ ex carne delectatiõis concepti omnes culpam originalez nobis cõtrarimus: vnde ⁊ voluntate nostra peccatis implicamur. hec ille. Quod si vt patet oẽs maculam originalis culpe contrahunt: cum qua impossibile est videre deum nisi purgẽtur. clarum est q⁹ cum nihil scipsum expellat ⁊ corrumpat: necessario propter hoc requritur aliqua virtus: qua mediante macula tã peccati originalis q̃s etiã actualis ab anima purgatur. Sed manifestum est: q⁹ nulla macula peccati mortalis expelli potest ab anima nisi mediante habitu sanctissime fidei. dicẽte Augustino de consecra. distinc. c. firmissime tene. Omnes inquit nascimur filij ire. i. peccati: a qua ira non vnq̃ liberatur nisi per veram fidem mediatoris dei ⁊ hominuꝫ hois Jesu Christi. hec ille. Quod confirmãs Salomon prouer. 15. ait. ℙer misericordiam et fidem⁹ purgantur peccata. Et ad Roma. 5. Apostolus ait. Justificati igitur ex fide pacez habeamus ad deum: per Jesum Christum dominum nostrum: per quem ⁊ accessuꝫ habemus per fidem ⁊ gratiaꝫ istam in qua stamus: ⁊ gloriam in spe glorie filiorum dei. hec

ibi. Et Actum.15. dicitur. Fide purificans corda eorum. Et Apostolus. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea. s. peccata extinguere. Quod si vt clarius videri non possit deus nisi anima sit purgatissima ab omni labe peccati: et talis purgatio fieri non potest nisi mediante fide. Cōcluditur necessario: q̄ fides xpi post peccatum primi parentis semper fuit est et erit cuilibet necessaria ad salutem. Quod totum confirmans Hugo in suis sententijs prout recitat Alexā. de ales in .3. parte summe: in tractatu de fide. dicēs. Infirmitas et egritudo humane fragilitatis respectu originalis peccati: non potest ad deum dirigi nisi per fidem. Erant inquit tria quedam. s. corpus: spiritus: et deus. et corpus quidem mundum erat. Anima spiritus: et ipsa anima in medio quodam erat habens ex se mundum intra se debet et acceperat oculum quo extra se mundum: et ea que i mundo erant videret et h erat oculus carnis. Alium oculum acceperat quo seipsaz et ea que in seipsa erant videret: et h erat oculus rationis. alium rursuz oculum acceperat quo intra se deum videret et ea que in deo erant: et hic est oculus quidē contemplationis extinctus est vt nihil videret: oculus vero rationis lippus effectus est vt dubie videret solus. O culus carnis in sua claritate pmanfit. homo ergo qui habet oculum carnis: mundum videre potest et ea que in mundo sunt. Item quia oculum rationis ex parte habet amissum. Similiter ex parte ea que in animo sunt videre potest: q̄ vero oculum contemplatiōis non habet: deū neq̄ ea que in deo sunt videre potest: et precipue cum impediatur per maculam tam actualis q̄ originalis culpe: propter quod necesse ē: q̄ si sol iustitie videri debet: habitus fidei purget ab anima omnem peccati maculam: sicut qua fide nec anima purgari potest a culpa nec insuper maiestatem dei itueri. h Hugo. ¶ Quarto deniq̄z probo fidem xpi cuilibet esse necessariam ad salutem ratione acquisitionis. videlz. honoris seu premij vite eterne. Fundamentum rationis ponit phūs 4. ethicoz. dicens. Honor est simpliciter p̄mium virtutis: et attribuitur bonis. Quo presupposito: q̄ merces mundani honoris nulli digne imprenditur: nisi ei qui in se habuerit virtutis meritum. certum est: q̄ a simili: imo a fortiori honor vite eterne qui in infinitum omnem simul mundanum honorem excedit: nulli datur vnq̄ a iustissimo deo nisi prius in se virtutem ad hoc meritoriam habuerit. Sed manifestū est: q̄ ly sm Bern. iuxta mensuram amoris et caritatis in hac vita detur a deo in vita futura mensura eternitatis honoris: tamen clarissimum est: q̄ fidei habitus non dico tempore: sed natura et ratione habitum caritatis precedit: imo fides comparatur ad caritatem: sicut dispositio precedens vltimam formam. et ideo sicut subiectum materie nō potest aliquid agere in virtute forme nisi sit dispositio formam precedens. Sic a simili nec caritas potest vnq̄ mereri honorem supernę patrie: nisi precedat dispositio fidei sanctissime. q̄ si sic est: cōcludo per consequens: q̄ fides cuilibet est necessaria ad salutem: pro eo q̄ sicut nec natura tanq̄ materia: nec fides tanq̄ dispositio possunt producere actum meritorium eterne vite sine caritate: sic nec ipsa caritas potest vnq̄ producere actum meritorium sine fide quia remota fide tanq̄ quedam preambula dispositione: remoueretur etiam et forma caritatis: sic et per consequens meritum eterne vite. Et q̄ fides sit causa meriti eterne vite: et per consequens sit necessaria cuilibet ad salutem. probat Tho. 2ª 2ªe .q.2. arti. 9. in corpore qōnis. dicēs. Actus humani sit meritorij inquantum procedunt a libero arbitrio moto a deo per gratiam. vnde omnis actus humanus: qui subiicitur libe. arbitrio. si sit relatus in deum potest esse meritorium ipsum autem credere et fidem habere est actus intellectus assentientis veritati diuine ex imperio voluntatis a deo mote per gratiam et sic subiacet libe. arbi. in ordine ad deum: propter quod actus fidei summe meritorius inuenitur. hec ibi ad litteram. Adde etiam q̄ tanto magis fides meretur maiorem honorem in celesti patria: quanto intellectus bonum arctius capturatur supra omnem suaz naturam ad credendum sibi prout incognita: cum sm phūm. 3. de anima. Voluntas sm naturam nunq̄ fertur: nisi in sibi naturaliter cognitum: sed in hoc voluntas imperat intellectui: vnde quando intellectus dicit de corpore resuscitando: cum pōo in post predicamentis. A priuatione ad habitum impossibilis est regressus per naturam: tunc voluntas respondet intellectui. di. Et si per naturam non intelligis corpus resuscitatum: noto tamen amore dei: q̄ super naturam per fidem hoc credas: quod vtiq̄z credere cum sit supernaturale est precipue meritorium bonoris celestis patrie: que omnia confirmans Augustinus super Joan. dicit. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet species fructus et pulchritudinis: et tamen quicquid est in arbore decoris fructus et pulchritudinis ex illo procedit. Sic ex fidei humilitate: quicquid virtutis: quicqd vel beatitudinis anima susceptura ē ex fidei fundamēto procedit. hec ille. Et q̄ honor seu possessio eterne hereditatis per virtutem fidei acquiratur: et per consequens fides sit necessaria ad salutez. etiam sic patet. Nam certum est q̄ legitimi filij sunt naturaliter possessores paterne hereditatis. Sed manifestum est: q̄ homo per fidem fit legitimus dei filius. dicēte Apostolo ad gal. 3. Omnes vos filij dei estis per fidem Christi Jesu. Et Jo. p̄mo dicitur. Dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Et. 1. Joā. 3. dicitur. Videte qualem caritatez dedit nobis deus: vt filij dei nominemur et simus. s. per fidem sm glo. Si igitur vt patet quisq̄z per virtutem fidei fit filius dei. ergo per consequens per fidē fit quisq̄z heres eterne glorie. dicente Apostolo ad Roma. 8. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Sz accepistis spiritum adoptionis filiorū dei: in quo clarissimus abba. pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro q̄ sumus filij dei. s. per fidem. Si autem filij et heredes: heredes quidem dei: coheredes aūt Christi. h ibi. Et Jac. 2. dicitur. Nōne deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni. Ex predictis igitur quatuor rationibus clarissime patet qualiter fides sanctissima cuilibet est necessaria ad salutem. ¶ Tertio h idem probo vnica distinctione Ricar. in prologo p̄mi sen. di. Cum queritur an celestia et diuina mysteria sine virtute fidei phie studio fiant nobis cognita et manifesta. Respondeo q̄ non. triplici rōne vel respectu. Primo propter eorum sublimitatē. Secō propter nostre carnis corruptibilitatē. Tertio propter voluntatis puerilitatem. ¶ Primo dico q̄ diuina mysteria non possunt a nobis alit. er q̄ per fidem cognosci: propter eorum sublimitatem. Nam sicut motus: et tempus: et prima materia sunt nobis abscondita: eo q̄ ex parte sua sunt parum cognoscibilia: propter suam in essendo debilitatem. Sic econuerso. Mysteria diuina: que ex parte sua maxime sunt cognoscibilia: tamen nobis sunt abscondita: propter suam in essendo sublimitatem. Vnde Auic. vj. naturalium. c. 5. dicit. Res sublimissimas non potest intellectus apprehendere: quia excedunt eum. Que vero sunt debilis esse: vt motus: tempus. et prima materia: difficile est intelligere: eo q̄ sūt debilis esse. Hinc bene dicitur Eccles. 43. Multa sunt abscondita maiora his. i. multa vera de deo maiora his supple que cognoscimus in his inferioribus. Hinc phūs. vi. de animalibus. dicit. O pinio nostra et sermo in substantia diuina vna est et pauca: vna propter paucitatem eorum: que cognoscimus de ea: pauca propter cognitionis debilitatem. Confirmat h Lactantius i 4. diui. institu. aduersus gentes loquens de phīs. Sed neq̄z inquit adepti sunt quod volebant: et operam simul atq̄z industriam perdiderunt: quia veritas. i. arcbanum summi dei qui fecit omnia: ingenio ac proprie sensibus non potest comprebēdi: alioquin nihil inter deum hominemq̄z distaret: si consilia atq̄z dispositiōes illius maiestatis eterne cogitatio assequeret humana. hec ille. ¶ Secō divina mysteria sunt nobis abscondita: propter nostri cordis corruptibilitatem. Quia enim nostrum intelligere in hac vita sm cō munem legem dependet a ministerio virtutum sensitiuarum: que organis corporalibus sunt alligata: ita vt sm q̄ dicit phūs. 3. de anima. Intelligere et considerare corrumpuntur ali quo quodam corrupto interius: in organo. s. memorie vel imaginatiue. Et iterum: quia potentia intellectiua est nostri corporis forma: et forma impeditur in actu suo: non tm propter indispositionem materie in quā agit sed etiam propter indispositionem materie quā perficit. Ideo hac duplici causa corp° q̄ō corrumpitur aggrauat animam. Sapien. 9. vt minus possit intelligere diuina. Vnde sapientia diuina: vt dicitur Job. 28. abscondita

est ab oculis omnium viuentiū.s.in corpore corruptibili:qz sic dicit Gregorius.in.8.moraliū q̄dm hic mortaliter viuimus:videri p quasdam imagines deus potest: sed per ipsaz naturę suę spēz nō pōt supple: nisi ex priuilegio speciali. hoc ideo dico:quia Augustinus in antepenultima qōne ad Orosium loquens de rapt̄ Pauli.di.Ad hec pfecto pcenerat Paulus:vt deum sic in ista vita videret:sicut sancti post hanc vitam videbūt.hec Ric. ¶Tertio diuina mysteria multis sunt absco dita propter suę voluntatis peruersitatem. Dm̄ enim per peccatum anima elongatur a pfe luminum:propterea minus intellectus illuminatur:z ex consequenti in diminoruz cognitiōe impeditur.De hoc potest exponi qō dicitur deuterono. 32. in persona domini. Abscondam faciem meam ab eis.Et subdit Generatio enim peruersa est.i.propter hāc peruersitatem absconditā sunt ab eis multa de deo.h Ricar.ad litteram. Ex qua etiam distinctione patet:q triplici predicto respectu diuina mysteria non aliter a nobis q̄z per fidem cognosci possunt. ¶Quarto etiam probo fidem cuilibet fore necessariam ad salutez etiam vnica similitudine. Boetius in lib.de disciplina scolarium.dicit.Impossibile est aliquem discipulum vtilem doctrinam accipere nisi prius magistro exhibuerit fidem. hec ille qō si sic ē:ergo a simili:nec quisq̄ homo erit vnq̄ discipulus eterne glorie:nisi prius exhibuerit fidem ipsi deo:z regi eterne glorie. ¶Quinto denicz probo exemplis fidē cuilibet esse necessariam ad salutem. Et primo exemplo primi parentis atqz Angelorum: q ante eorum beatitudinem fidem necessario habuerunt.prout Tho.ad litteraz ponit scōa scōe.q.5.articu.3.i corpore qōnis. Et in pma parte summe.q.94.arti.1.in corpore qōnis. Oppositum tamen tenet dominus Bona. in.2.distinc.23.articu.2.q.3.in corpore qōnis. Qui ibi asserit primum parentem in statu innocentie non habuisse fidem: potes ibi videre si vis. Cum quo Bonauentura etiam tenet Alexan. de ales in.3.parte summe.q. 80.membro.3.in.q.vbi querit:vtruz in Adā z in Angelo ante peccatum fuerit fides. vbi z sic dicit. Cum queritur: an in Adam ante peccatum:seu in angelis ante confirmationē fuerit fides. Respondeo q Adam in primo statu non habuit fidem in ratione fidei, Et hoc patet si quis considerat comparationem cognitionis que per fidem est: ad cognitionis que erat in Adam ante peccatum ad cognitionem glorie. Cognitio enim que est per fidem euacuatur aduenientē gloria. Cognitio vero Ade de deo non euacuatur aduenientē gloria.sed stetisset: Iz perfice retur. Ad id autem quod obijcitur: dicendum q sicut dicitur sol videri multipliciter. Vno modo in speculo.Alio modo in nube.Tertio modo in aere luminoso.Quarto modo in se ipso.Sic est distinguere visionem dei multiplicem. Vna est visio in speculo: que est visio per fidem:z hec est infima. Alia est visio dei in scipso:z hec est per speciem. Et hec est suprema. Et inter has duas est accipere duas medias. Vnam que est visio dei in imagine simpliciori:velut in aere luminoso habere visionem solis. Et hec est superior.Alia que est in imagine obscuriori:z compositiori sicut est visio solis in aere vmbroso solis: z in nube:z hec est inferior. Dicendum ergo sine preiudicio:q visio Angeli z hominis ā peccatum respectu dei non erat in gradu suppremo qui est glorie. Nec in gradu infimo:qui est fidei. Sed in medio:sed differenter:quia cognitio angelica ante peccatum respectu dei: luculentior z luminosior erat: q̄z cognitio hominis:cum Angelus esset separatus ab omni corporea materia.homo vero non:neutrorum tamen cognitio erat per speciem vel per fidem.h Alexan.ad litteram.Nec qua vis opinionem.Sufficit pro nunc ad propositum meum:q siue primi parentes: siue Angeli fidem habuerint:vel ante:vel post manifestum est q fides a fortiori est in cunctis ceteris hominibus a deo illuminatis: et sic est necessaria ad salutem. Alia plura exempla de antiquis patribus fidem habentibus ponit Apostolus ad hebreos.xi.di. Est autez fides sperandarum substantia rerum: argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt seniores. Fide etiam plurimam hostiā Abel q̄z Cain obtulit deo: per quam testimonium consecutus est eē iustus:testimonium perhibente deo muneribus eius:z per illam defunctus adhuc loquitur: fide Enoch translatus est:ne videret mortez z non inueniebatur:quia transtulit illuz deus. Hoc responso accepto:de his que adhuc non videbantur:metuēs aptauit archam in

salutē dom̄ suā:p quā dānauit mūdū:z iustitie que per fidē est:heres est institut⁹: fide vocatus Abraam obediuit in locum exire: quē accepturus erat in hereditatem. et exiit nesciens quo iret.fide demorat⁹ est in terra repromissionis.tanq̄z in aliena in casulis habitando.cum Isaac et Jacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim ciuitatem habentem fundamenta eius cuius artifex et conditor deus.fide etiam ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionē semis ac cepit.etiam preter tempus etatis:quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat.p quod et ab vno orti sunt.z hoc emortuo tanq̄z sydera celi in multitudinez.z sicut arena que est ad oram maris innumerabilis. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti. nō accepta repromissionē sed a longe eas aspicientes z salutantes:et confitentes.quia peregrini et hospites fuerunt super terram: fide offerebat Abraam Isaac cum tentaretur. et vnigenitum offerebat in quo.susceperat repromissiones.ad quem dictuz est.quia in Isaac vocabitur tibi semen.arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est deus. Fide etiam de futuris benedixit Isaac Jacob et Esau Fide iacob moriens singulos filiorum Joseph benedixit.et adorauit fastigium virge ei⁹ Fide Joseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est.z de ossibus suis mandauit. Fide Moises natus occultatus est tribus mensibus a parentibus suis. eo q̄ vidissent elegantem infantem:et non timuerunt regis edictum. Fide Moises grandis effect⁹.negauit se eē filiū filie pharaonis magis eligens affligi cum populo dei. q̄z tēporalis peccati habere iocunditatem. maiores diuitias estimans thesauro egiptiorum inproperium xpi.aspiciebat enim in remunerationem:fide reliquit egyptum non veritus animositatem regis. Inuisibilem enim tanq̄z videns sustinuit. Fide transierunt filij israhel mare rubrum. tanq̄z per aridam terram quod experti egyptij deuorati sunt. fide muri hiericho corruerunt circuitu dierum septem. Fide Raab meretrix non perijt. cum incredulis excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam⁹:deficiet enim me tēpus enarrante de Gedeon:Barach: Samson:Jepte:Danid:Samuel:et alijs prophetis.q p fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiā adepti sūt repromissiones:obturauerūt ora leonū.extinxerūt ipetū ignis.effugierūt aciē gladij.conualuerunt de infirmitate:fortes facti sunt in bello:castra verterunt exterorum. acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos.Alij autem distenti sunt:non suscipientes redemptionem. ut meliorem inuenirent resurrectionez.Alij vero ludibria et verba experti.insuper et vincula et carceres: lapidati sunt.secti sunt.tentati sunt.in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis:z in pellibus caprinis:egentes:angustiati:afflicti:quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes.et in montibus. z in speluncis et cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati.non acceperunt repromissionem deo pro nobis melius aliquid prouidente:ut non sine nobis consummarentur.hec ibi. ad litteram. Ex predictis igitur auctoritatibus: rationibus: distinctione: similitudine: atqz exemplis.clarissime patet necessitas sacratissime fidei:quā fidem sacratissimā simul cum operib⁹ nobis concedere dignetur.caput et auctor fidei: Jesus xp̄s qui viuit et regnat semper benedictus in secula seculoz. Amen.

¶ Sabbato post dominicā sexagesime de causa necessitatis fidei.

Semen cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplū.Luce.octauo.et in euangelio preterite dominice. Quāuis satis clare in duobus precedentibus sermonibus necessitas ipsius fidei sacratissime monstrata sit. tamen in presenti feria que est sabbatū et dies requictionis dicitur recreationis gratia.alium sermonē breuissimū et pulcherrimum.de eadem necessitate ipsius fidei facere decreui.Qui sermo ut predixi erit ita pulcher sicut z breuis. Nam recordor cum in scolis omnē. q. in lectionibus sabbatinis magister meus. tam ceteris scolaribus q̄z mihi dicere solebat. Filioli lectio sabbatina debet esse pulcra et parvulina. Volēs igitur in hac feria simpliciter causam necessitatis ipsi⁹ fidei declarare. ut eiusdem fidei necessitas clarior appareat:sermonem nostrum per modum cuiusdam questio

nis facimus. Huc vtiq; questio de causa ne necessitatis fidei talis erit.

¶ De causa potissima necessitatis sacratissime fidei.

Sit igitur q̄ritur que sit potissima causa. quare deus habituq; fidei supernaturalem anime rationali infundat. Ante responsionez huius questi. quero t peto. an deus ipse naturali. t sine aliquo habitu fidei infuso. sit intelligibilis a qualibet rationali creatura. Et manifestum est q; sic. q; deus etiam naturaliter sine alio habitu fidei possit intelligi t cognosci: tripliciter probo. ¶ Primo auctoritatibus. ¶ Secundo rationibus. ¶ Tertio exemplis. ¶ Primo probo auctoritatib⁹. Nā Plato in Thimeo dic De⁹ est principiū omniū naturarum: lumen omniū rationum: finis omniū actionum. sine quo nihil subsistit: natura scientia instruit. et nulla operatio expedit. hec ille. Quaz auctoritatem verbaliter ponit et recitat Augustinus in libro de ciuitate dei. Item Boetij⁹ prosa decima. tertij libri dicit. Deuz esse cōmunis omniuz animorū conceptio. probat. Idem etiam confirmat Damascenus libro primo. di. Deum esse omnis appetitus proclamat: et deum non esse nulla natura profitetur. Et quibus auctoritatibus patet: qualiter deus cognoscibilis est ab humano intellectu. etiā sine alio habitu fidei infuso. ¶ Secundo hoc idez probo triplici ratione. ¶ Primo rōne prioritatis. ¶ Secundo ratione mobilitatis. ¶ Tertio ratione rationabilitatis.

¶ Primo ergo probo rōne prioritatis. Fundamētum rationis ponit Cōmentator libro de substātia orbis. di. Priori non posito q̄ posterius est: causa et ratio posterioris nunq̄ erit. Patet hec regula per exemplū Augustini. vicesimosecūdo de ciuita. dei. di. Semp enim semē et fructuz causa t arbor precedit nec vnq̄ filius erit: nisi sit t pater. Hec ille. Preterea lumen in aere non erit: si sol tanq̄ eam non precedat. Item si Adam primus homo non fuisset. nec per consequens etiam Abel et Cayn simul cuz omni posteritate nūq̄ eē potuissent. Quo p̄supposito peto a quo sint facta quatuor elementa. Item septē planete. videlz. Luna: Mercurius: venus: Sol: Mars: Jupiter: atq; Saturnus. Similiter tria firmamenta. videlz celum stellatuz cum suis syderibus. celum cristallinum. celuz empireum. cum omnibus contentis in eis. Et clarum est. q; hec omnia non se fecerunt. q; si sic est. ergo tanq̄ quidam effectus posteriores habent et habuerunt aliquā causam a q̄ descenderunt. Sed cum talis causa non possit aliqd aliud intelligi nisi de⁹. ergo per ipsa queuis deus naturaliter per suos effectus et creaturas etiam sine alia fide infusa ab humano intellectu intelligi potest et cognosci. q; si forte aliquis deū negaret. necesse eēt omnino. q; sicut deficiente primo parente simul deficeret et omne genus humanū. Sic a simili deficiēte deo. quod omniū rerū est creator non esset vlla creatura. Sed cum impossibile sit. q; non sit creatura. ergo impossibile est q; non sit creator creaturarū. q; si creator est: ergo per consequens t deus a quo simul omnes creature tanquā quidam effectus descenderunt. Quod bene confirmans philosophus p̄mo de celo et mundo ait. Ab vno primo ente cōmunicatū est singulis rebus esse et viuere. Et primo de regi. princi. dicit. Bonitas dei causa fuit factionis mundi et origi nis omniū rerum. Cuz quo concordans Boetius metro sexto tertij libri. ait. Omne hominū genus in terris simili consurgit ab ortu. Vnus enim rerū pater est. vnus qui cuncta ministrat. Ille dedit phebo radios t sydera celo. Hinc clausit mēbris animos celsa sede petitos. Mortales igitur cunctos edidit nobile germen. Quid genus t proauos strepitis: si primordia nostra. Auctorem q; deum spectes. nullus degener errat. Si vicijs peiora fouens propriū deserat ortum. hec ille. ¶ Secundo etiam probo ratione mobilitatis. q; deus etiā sine habitu fidei naturaliter est cognoscibilis ab humano intellectu. Fundamentum rationis ponit philosophus quinto phisicorū di. Omne quod mouet ab alio mouetur. quoniā motus requirit quiq; scilz mouens: prorimū mobile: tempus: t preter hec terminū a quo: t terminū ad quem. Ista enim altera sunt ab inuicem. hec ibi. Et tertio de anima dic. Tria requiruntur ad motum. s. mouens: motum: t organum motus. Duplex est autem motum. scilz mouens immobile. quod est appetibile: et mouens motum, quod est potētia appetitiua animę. hoc

ille. Quo p̄supposito. videlz q; omne quod mouetur ab alio mouetur: certum est q; septem planete cum non habeant animā eos mouentem. contra aliquos philosophos opponentes. prout dicit ad litterā Thomas prima parte. quest. 70. arti. tertio. in corpore quest. Et insuper hoc idem egregie confirmat sanctus Bonauentura in secūdo distinctione. 14. arti. tertio. quest. p̄ma. et secūda ergo mouetur a deo principaliter: q̄uis secūdario ab aliqua speciali intellia. idest ab aliquo angelo. Quod si sic est. ergo per motum orbium atq; syderum. deus naturaliter esse cognoscitur absq; aliquo habitu fidei. Quaz rationem dominus Bonauentura vbi sup. videlz distin. 14. articu. tertio. q. p̄ma. in corpore quest. verbaliter formans dicit. Cum q̄ritur an exemplū immediate mouetur a deo Respondeo q; in omni operatione rerum. Deus operatur intime et immediate. Cum dei voluntas. Sicut dicit Augustinus sit causa prima t summa omniū specierum et motionū. In aliquibus vero sic operatur t mouet. ut virtutem agendi et mouendi cōmuni eet creature. Et prima quidem dicuntur mirabilia. ¶ Secunda vero naturalia vel voluntaria q̄tum ad egressum. Quando ergo queritur vtruz motus primi mobilis immediate sit a deo. non est questio vtrum virtus diuina intime operetur et immediate ad illam mutationem exercendam. quia sic nihil mouetur nisi ipse moueat et cooperet veritati motiue. Quod testatur Boetius metro. 9. tertij libri. di. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarū celiq; sator qui tēpus ab euo. Jre: iubes: stabilisq; manēs das cuncta moueri. Sed est questio. Vtrum motus primi mobilis sit a deo tanq̄ a tota causa. An simul cum virtute diuina moueāte moueat aliqua virtus creata. Et ad istā q̄onez satis de plano responderi potest. Cum motus ille sit natus conuenire virtuti finite propter sui successionez: et diuina bonitas ad sui manifestationem cōmunicet creature. quod ipsa nata est suscipere. quod deus primū mobile monet mediāte aliqua virtute creata. utputa angelo. sicut et alia mobilia. hic Bonauētura verbaliter ¶ Tertio hoc idē probo rōne rōnabilitatis. Fundamētū rōis ponit Tulli⁹ in libro de natura deoz. di. Omne quod habet rationem: ratiōe fieri necesse est. patet hec regula. p exemplū quod Tullius ibidem ponit. Nam si video domū bene ordinatā seu factam cuz discreta ratione: statim cogor dicere q; domus illa facta est simpliciter ab aliquo rationem habente: et non a scipsa. Quo p̄supposito certum est. q; flores terre prout sunt rose: lilia: viole: t huiusmōi. facti sunt cuz maxima ratione t intellectu: atq; prudentia. Sed clarū est q; predicti flores non se per se fecerunt: nec insuper a terra tam rationabiliter factos fuisse dici potest: cum terra careat anima et ratione: et nihil dat quod non habet. ut dicitur primo Elencorū. Nec insuper homo etiam ratione vigens ut patet ad oculuz hoc facere potest. Quod si fic est. ergo necesse est concludere q; ab aliqua alia intellectuali seu rationali causa facti sint. Sed cum talis causa principaliter nō possit esse nisi deus. qui est infinite sapientie atq; potentie. igitur propter hoc apparet q; etiam naturaliter deus cognosci potest etiam absq; habitu fidei infuso. Quam rationē confirmat Commentator. xi. 2 de theophisice. di. Nā nihil agit nisi mota a superioribus causis. que sunt deus: t intellic. Et confirmatur ista ratio. certum est enim: ut dicit Boetius prosa. 6. libri secūdi. q; aduersa nunq̄ solent sibi inuicem sociari. co q; natura respuit ut contraria q̄q; iungantur. hec ibi. Quod sic patet quia superbia non stat cum humilitate: nec humidum cum sicco: nec frigus cum calore. Quod si sic est. q; natura non potest simul tenere contraria quin corrūpantur. Clarum est q; quatuor elementa cum pluribus in eis contentis. t contraria sunt et contrarias habent qualitates. t cum sint admixta t coniuncta, propter hoc non corrūpuntur. sed magis ordinate, procedunt cum iusta ordinem temporū effectus cōueniētes in terra producant. Sed cuz hoc fieri non possit. nisi ab aliqua causa supernaturali vtiq; sapientissima: et talis causa non possit esse nisi deus ipse. Igitur concluditur idem quod supra. Quod Aug. exemplificās 21. libro de ciui. dei. c. 4. ait. Sicut scripserunt qui naturas animaliū curiosius indagauerūt Salamādra i ignib⁹ viuit. Et gdā ficilie mōtes: q tāta tpis vetustate vsq; nūc: t deiceps flammis estuant. adhuc integri persecurant. Albestius. lapis semel accensus. nunq̄ de ac-

cenditur hec ille. Que simul omnia predicta complectens. Boetius libro tertio prosa. 12. dicit. Mundus et tam contrarijs diuersisq; partibus in vnam formam minime conuenisset, nisi vnus esset qui tam diuersa coniungeret. connincta vero naturaruz ipsa diuersitas inuicem discors dissociaret :atq; dissolueret.nisi vnus esset qui quod nexuit contineret. Non tam vero certus ordo nature procederet. Nec tam dispositos motus locis. temporibus. efficientia. spatijs. qualitatibus explicaret:nisi vnus esset qui has mutationum varietates manens ipse disponeret.hec ille. Ex predictis igit rationib⁹ patet qualiter sine aliqua fide adeo clarius in infa quisq; potest naturaliter et cognoscere deum et intelligere. ¶ Secūdo hoc idem probo exemplo Socratis qui ut habet li. de moribus philosophoz.cum accusatus esset atheni ensibus. q. derideret Apollinē tanq; carnez et hircū eorum deū. prohiberetq; eidem fieri sacrificiū: capt⁹ fuit ab eis et incarceratⁿ. De tentusq; est triginta diebus in carcere. eo q. simpliciter vnum deum coleret. vbi mirabilem cordis constantiā se habere ostēdit. Nā carcer et mors vultum eius seu animaz perturbare non potuerunt.Dicenti autem ei quidam. Ecce q. Atheniēses ad mortem te cōdemnauerunt.eo q. colis aliū deum q̄s suos. Respondit et illos natura. Luz autem ut ait Valerius li. 7. iudicatum ab Atheniēsibus esset:ut hausto veneno periret declarum sibi mortis poculū.non aliter q̄s medicamentum mortis accepit:et de mortis contēru. vniusq; dei cultu vsq; ad vite critiz libero animo disputauit. Cum autē potionē mortis de dantis manu accepisset.appositio ad labia poculo:vroz eius rantippe que illic aderat.vociferans ait. Heu innocens homo perit.Cui respondit. Numquid nocenti mihi q̄s Innocenti duristi mori sancius esse. Mortuus est igitur Socrates propter cultum vnius dei veneni poculo. Anno vite sue.94.quo anno cōposuerat librum nobilissimum de moribus. ¶ Post mortem vero eius Atheniēses penitentia ducti criminatores eius morti adiudicantes:imaginē eius auream in templo collocauerūt.Mortuus est autē in diebus Assueri regis Assiriorum. hec omnia ad litterā in li.supradicto.Quo etiam exemplo patet.q. erquo Sacrates naturaliter deum cognouit.et sine aliquo habitu fidei infuso:ut a quibusdam creditur.concluditur per cōsequens. q. deus per naturā sine alia fide cognoscibilis est. ¶ Aliud exemplū ponitur in compendio theologie.quod ab aliquib⁹ Alex. de hal. appropriat. Ibi enim libro. j.ca.2. sic dicit ad litteram . Contigit in hispania : et fidedigna relatione recepi . q. quidam leuis homo ludebat ad ludū tarillorum. et ludo procedente cepit passim pecuniam suā ammittere. Volens igitur de pecunie ammissione corde oriabat deum:ut daret sibi lucrum.vel saltez posset recuperare amissum:et quāto plus deum rogabat. etiam vbi apparebat species lucri. ipse plus admirantibus qui aderant ammittebat.Amissa autē in ludo tota pecunia quā habebat:vestes q̄s portabat exposuit: et vsq; ad camisiam omnes ammisit . Tunc valde confusus de deo lamentans:q. cum non exaudierat: quasi totus animo furibundus ad domuz accessit:armaturas suas et omnia bona munimenta corporis sui que habebat accepit.ac totaliter armatus. ac si campum duelli intrare deberet equū ascendit: et ad plateam vbi multi valentes erant aggregati venit.et vniuersis astantibus tanq; extra mentem positus dixit. Si quis est amicus et fidelis dei:qui dicat deum esse aliquid: vadat et nunciat se. quia ego reddam cum mortuum et victum. quia ego dico et teneo: q. deus non est.Attoniti fuerunt singuli qui aderant.quia verba tante insanie audierant.nullus tamē tanq; dementi voluit ei respondere . Sed cui non respondit homo . respondit deus. Nam deus qui flagellauit pharaonem opponentez se potentie dei per muscas immisit vnam muscaz:licet esset tempus biemis. qui cum in facie sic inuasit : et sic inter galeam et faciem se ponens:aculeis suis acriter cum lesit.q. oportuit cum galeam deponere:et per terram se proijcere. At vbi musca liberum habuit accessum. sic cum passim in facie feriebat q. se defendere nō valens nimis fatigatus de equo ad terram cecidit . et faciem versus terram ut se posset a musca tueri posuit. At musca fortiter cum inuasit nec cessat quousq; publice blasphemiam quam ore prophano protulerat omnibus audicntibus cum cordis gemitu reuocauit : etiam

virit. q. deus solus habet verū esse sine cui⁹ esse nullū ens potest esse:qui noluit infamiaz meā et blasphemiā per maiorem creaturam punire:sed ad maiorē meam confusionē. miraculose me deuicit per vnam muscā et prostrauit.Quo dicto statim musca cum reliqt: et discessit.hec ibi verbaliter. Ex pdictis itaq; auctoritatibus rationib⁹ et exemplis patet . q̄ liter naturaliter deus est cognoscibilis a rationali creatura.etiam sine aliquo habitu fidei infuso.Que simul dicta confirmans Alexan.de al.in prima pte summe.q.2.mēbro. 2. articu.primo.in corpore.q.dicit. Luz q̄rit an p naturalē potentiā sit possibile deū cognoscere.Respondeo q. cognitio de deo qd est haberi non potest p naturā. Cognitio autez de deo q. est. potest haberi p rationē naturalez vnde Hugo in suis sentētijs.Deus inquit noticiam suam ab homine sic ab initio temperauit.ut sicut nunc̄ quid esset:potest cōprehendi.ita nunc̄ quia esset poterit ignorari.hec Hugo et Alexandō.verbaliter. Ex quo igitur ut manifeste patet. deus naturaliter sine aliquo habitu fidei infuso cognosci potest a quolibet humano intellectu nō immerito. ut superius pretactū est:querit siue queri potest:que sit potissima causa: q̄re deꝰ vult quālibz animā rationalē necessario habere fidei habitū supnaturaliter infusuz: ut ex eo et deum ipm cognoscat:et insuper beatificari et saluari possit.Cum deus ipse ut dicit.3. de anima. Nihil frustra faciat:et per consequēs facere non debeat p plura qō quidē potest fieri per pauciora.Ad hoc respondet Tho.lib.i. contra gētiles.et insup scēa scōe.q.2.articu.3. Necnon et in prima parte summe.q.12.et ar. 12 Item Ricm prohemio primi sententiaz. Et insup Alexan.de ales.in.3.pre summe.in tractatu de fide.qui oēs concordant dicentes.q. deus vnūquēq; habere voluit vltra naturalem ipsi⁹ cognitionem etiā habitū fidei supernaturalem.tanq; quid summe necessariū ad salutem quadrupliciter precipue causa.quaruz.

¶ Prima dicitur causa maioritatis .

¶ Secunda dicitur causa paucitatis.

¶ Tertia dicitur causa prolixitatis.

¶ Quarta dicitur causa falsitatis.

¶ De quarta causa qua ostēdit quod fides infusa etiaz vltimam cognitionē naturalem de deo cuilibet est necessaria ad salutez.et primo de prima.

Prima igit causa qua deus vltra naturalem ipsius dei cognitionē.etiam voluit vnūquēq; saluandū habere fidem infusam et supnaturalez. dicit causa maioritatis:quoniā ut dicit.3. de anima. Cū sine fantasmate nāli ratione anima nihil intelligere possit clarz est: q. cum deus sit oino incorpore⁹ impossibile est per consequēs.q. p fantasmata a nobis cognosci possit: nisi forte per creaturas tanq; per suos effectus. Que cognitio de ipso sic habita vtiq; est imperfecta ut igitur quilibet humanus intellectus:altiorē: maiorē:atq; perfectiorē de ipso deo cognitionē intelligētiā habere posset. Ideo,propter hoc voluit deus cuilibet infundere supnaturalez lumen fidei infusum: ut habeat altior et perfectior cognitio de ipso deo.et q. per talem habitum fidei.habeatur altior et pfectior cognitio de deo : q̄s simpliciter p oēm naturalē rationē.quadrupliciter ,pbo. ¶ Primo auctoritate. ¶ Secūdo ratione. ¶ Tertio distinctione. ¶ Quarto similitudine. ¶ Primo probo auctoritate. Ap.1.Corin.13.di. Nobis inqt revelauit de⁹ per spiritū suū illa.s.que nostro pncipū buiꝰ seculi nouit.j.pbozū. ut exponit glo. ¶ Secundo hoc idem probo vnica rōne.vz. additionis. Fundamētū rationis ponit pbo. tertio Thop.dicēs.Tale additū tali facit magis ipm tale.patet hec regula. Nā ignis additus igni:vulnꝰ vulneri:augent calorē et dolorē.Quo ꝓsuppositio certū est.q. si per lumē naturale rationis cognoscat deus. ergo necesse est cōcludere q. per additionē luis supnaturalis fidei.magis et pfectius cognoscat.qm ut dicit Alexā.in tertia pte summe. in tractatu de gra. Naturā supnaturalis gra non destruit sed pficit. ¶ Tertio hoc idem ,pbo vnica distinctione beati Tho. in pma pte summe.q.12.ar.13.in corpore.q.di.Cum q̄rit an p gratiā fidei habeat altior cognitio de deo q̄s per naturalē rationē. Respōdeo absolute q. sic.Sō sic patet.Cognitio enī quā p rationem naturalē habem⁹.duo requirit.s. fantasmata et sensibilib⁹ accepta:et lumen naturale intellectuale.Cuius virtute intelligibiles concepciōes ab eis abstrahim⁹.et q̄rū ad vtrūq; iuuat būana cognitio per reuelationē gratie. Nam et lumē naturale intellectus ꝓfortatur p infusionē luminis gratuiti. Et interdū etiā fantasmata in imaginatione hois formātur diuinitus magis exprimētes res diuinas q̄s

ra que naturaliter a sensibilibus accepimus. sicut apparet in visionibus prophetalibus. et interdum etiam aliquę res sensibiles formā tur diuinitus.aut etiam voces ad aliquod di uinum experimentum.sicut in baptismo xpi visus est spiritussanctus in specie columbe: et vox patris audita est.hic est filius meus di lectus. hec Thomas verbaliter. Ex qua distinctione patet. qualiter vltra naturalem cognitionem de deo conuenientissime infunditur a deo habitus supernaturalis fidei:quo altius et perfectius deus ipse cognoscitur.

¶ Quarto deniq3 hoc idem probo similitudine ipsius Adc.de quo q̄rit Alcran de alcs in prima parte summe.q.2.membro.2.arti.4 An ipse.i.Adam in ipso statu melius cognoscerit deum q̄ cognoscatur nunc per fidem. Et respondit di.q in Ada3 fuit cognitio naturalis.et superaddita. Maior autem cognitio potest dici tripliciter. vel q̄tum ad comprehensionē intellectus.vel q̄tum ad meritum vel q̄tum ad gustum. Potest ergo dici q cognitio quā habuit Adam de deo per creaturas.maior fuit q̄tum ad comprehensionē intellectus. Sed illa que est per fidem . maior est q̄tum ad meritū. et q̄tum ad gustum. q̄ illa que est simpliciter p naturam. Est enim duplex p̄tia dei.p visu3:et per gustū. Et sm hoc est cognitio videntis in lumine:et gustantis in tenebris.Et talis ē cognitio fidei. in q̄ absens est visui:et presens gustui. propter qđ dicit in ps.q̄ magna multitudo dulcedinis tue: quā ab.ti.te.hec Alcrā.verbaliter.q si ut patet.cognitio fidei Ade precipue q̄tum ad meritum et gustū. fuit perfectior q̄ esset simpliciter naturalis cognitio.ergo a simili pfectior est cognitio nostra.quā habem⁹ de deo per fidem:q̄ sit illa quā habemus per naturalem cognitionē vel rationē. Et sic et predictis auctoritate:ratione:distinctione:atq3 similitudine patet prima causa.vz.maioritatis qua ostenditur vltra naturalem cognitionez de deo fuisse omnino necessariā ad salutem infusionē ipsius fidei.

¶ De secunda causa qua ostendit q fides infusa vltra cognitionem naturalē de deo cuilibet est necessaria ad salutem.

Secunda etiam causa infusionis ipsi⁹ fidei dicit causa paucitatis. Quoniaz enim vidit deus q p rationē natura lem:ipsius cognitio a paucis immo paucissimis haberet.ideo ppter hoc sapientissime decreuit.ut quicūq3 saluandus foret ipsum p fidem infusam et supnaturalē cognosceret.Triplici nāq3 respectu ,pbari potest qualiter paucissimi p naturalem rationez. ipsum cognouissent:nisi habitus fidei infusus supueniret Quor post dicit respectus indispositiōis:ctarum est enim. q cū humana corpora recipiant influentias diuersas a corpibus celestibus:per cōsequens habent diuersas dispositiones:et compictiones. Sed quia ut dicitur scō de aia. Molles carne aptos bone mentis et doctrine dicim⁹. Duros vero incptos. ,ppter igit graues et vrias qualitates corpis ut plurimū etiā grauat aia.ne possit esse disposita ad cognoscendū deum. que cognitio acquirit per habitū acquisitū naturalis scientie.Quod cōfirmans Salomon Sapi.9. dicit.Corpus qđ corrūpitur aggrauat animaz: et deprimit terrena inhabitatio sensum pluri ma cogitantē.Q ptimū facit fides infusa:qđ stante etiam q̄libet corporis grauitate et passione.faciliter mediāte ipsa deus ipse cognoscitur. ¶ Secūdus etiam respectus quo monstrat.q: sine fide per naturalē rationē pauci sint deū cognouissent, dicit respect⁹ occupationis. Sententia est pbi p̄mo politicoꝝ. q difficile est simul multa cōspicere. Et quidaz alius sapiēs dicit. Pluribus intētus minor est ad singula sensus.Q̄ si sic est.cū contingat multos occupatos esse: aut circa regimē p̄uinciaz:aut circa necessitatē et prudētiā rei familiaris. Clarū est.q tales non possent simul et semel intendere studio pbie naturalis qua deus aliqualiter per rationes naturales cognoscitur. Ideo ,ppter hoc voluit de⁹ quoslibet saluandos fidem habere infusaz. ¶ Tertius deniq3 respectus dicitur respectus dignationis.videlicet cniz omnipotēs deus , q multi ocio pigritie atq3 fastidio dediti essent hoc q vidissent:q non sine magno studio et labore.talis naturalis sciētia et cognitio dei posset acquiri.Et sic propter hoc impediretur a tali cognitione veritatis et ipsius dei. Ideo tanq3 amator nostre salutis voluit et vult omnes saluandos habere habitū fidei infusum. et quib⁹ tribus respectibus patet.etiam secūda causa.qua deus voluit cognosci per fidez et non tm̄ per rationem naturalē. et quo per viam naturalis rōnis pauciss̄imi deū cognouissent, et p̄. ꝯsequēs paucissimi salui fuissent.

¶ De tertia causa qua ostenditur quod fides infusa etiam vltra cognitionem naturalem de deo cuilibet ē necessaria ad salutem.

Tertia insup causa.qua deus vltra naturalez ipsius cognitionē.voluit vnūquēq3 saluandū habere fidē infusam et supnaturalem.dicit causa prolixitatis. Videns enim deus.q per naturales rationes cognitio ipsius fuisset valde prolixa omnib⁹ et diuturna.et vix per longū tempus acquisita fuisset. ideo ut talis prolixitas: ab omnib⁹ posset euitari:et cognitio ipsius tempe breuissimo posset haberi.voluit,ppter hoc vnicuiq3 tm̄ q̄tum est de se habitū fidei et vere cognitionis infundere. Et q fine fide impossibile fuisset deum naturaliter cognoscere.nisi prolixo et longissimo tempe.quod vtiq3 tempus. quasi totū perditū fuisset triplici respectu probatur. Quorū ¶ Primus dicit respectus profunditatis. Secūdus dicit respectus imbecillitatis. Tertius dicit respectus passibilitatis.¶ Primus respectus quo ostendit q sine fide per naturales rationes deus non potuisset cognosci.nisi in tempore longissimo et valde prolixo:dicit respectus profunditatis. Nam vidit deus q veritas et cognitio ipsi⁹ dei.seu sanctissime trinitatis.sic erat profunda immo ,pfundissima et altissima. q etiam vir per longum temp⁹ potuisset acquiri.et insuper ad illam rōnalis anima non attingeret.quod clarūit in multis philosophis. q ad cognitionem profundā trinitatis per naturales rationes nunq̄ deuenerunt. Et qualiter per naturales rationes possibile esset vnq̄ p fundam essentiā trinitatis cognoscere. Cum etiam ut inquit Augustī.in quodā sermone ad Heremitas. Impossibile fuit q vn⁹ philosophus cognosceret naturā apis quā p triginta annos iugiter scire inuestigauerat. Et propterea Job.16.ca.dicebat. Cum vir paruam stillaz sermonē eius cepimus:magnitudinē throni eius quis poterit intueri.vbi etiā Gregorius.dicit.Totum quicqđ de deo accipere possumus. est quasi quedā stilla liquoris. ¶ Propter hoc igit volnit deus vnūquemq3 habitū fidei infusum habere. ¶ Secund⁹ insuper respectus . dicit respectus imbecillitatis.Tam insuper debilis:leuis: atq3 imbecillis est humanus intellectus. q p se sine fide ad cognitionē tam profunde veritatis minime deuenire potuisset.dicēte Augustino primo de tri.Mentis humane acies inualida in taz excellenti luce veritatis.non figit:nisi p iusticiā fidei emūdetur.hec ibi.¶ Tertius deniq3 respectus.dicit respectus passibilitatis.Cū enim anima simul et corpus diuersis occupent passionibus:et infirmitatibus:minime sunt idonea ad cognoscendū:tantā altitudinē diuine maiestatis. Ideo propter hoc et etiā alios supradictos respectus ut facilius et breuiori tēpore ab omnibus.ipsius dei cognitio habere tur.voluit q omnes cōiter et generaliter cuz per fidem cognoscerēt. Ex quibus etiam patet tertia causa necessitatis eiusdē fidei.

¶ De quarta causa qua ostenditur.q fides infusa etiam vltra cognitionem naturalē de deo cuilibet est necessaria ad salutem.

Quarta deniq3 causa.qua deus vltra naturalem ipsius dei cognitionē etiam voluit vnūquemq3 saluandū: habere fidem infusam et supnaturalem. dicitur causa falsitatis. Videns enim clementissimus deus q humanus intellectus:sepissime posset incidere in errorē et falsitatem. si enim simpliciter tm̄ per rationē naturalez cognoscere vellet.ideo ut hoc inconueniens ab intellectu humano penit⁹ remoueret. voluit oīno q cū per fidem intelligeret. Nam potuisset humanus intellectus sine fide in errorem et falsitatem incidere tribus precipue respectib⁹.quorum. ¶ Primus dicit respectus imbecillitatis

Secūdus dicit respect⁹ sensibilitatis. Tertius dicit respectus psuasibilitatis.¶ Primus igitur respect⁹ quo fine fide intellectus faciliter in errorē incidisset.dicit respect⁹ imbecillitatis.Tam debilis enim est mens humana et vacillatoria.q plerūq3 naturali rōi falsitas admixta fuisset.q etiaz credidisset bonū malū:et ecōuerso. Similr qđ est verū falsum:et ecōuerso.¶ Secūdus etiā respect⁹. dicitur respectus sensibilitatis. Cū enim oporteret fantasmata speculari.cum qui deū simpliciter naturali rōne cognoscere vellet.que fantasmata nō ducūt in perfectā cognitionez rei. Ideo propter hoc quisq3 errare potuisset Ne igitur aliquis sic in errorez incidere posset.deus cognosci voluit per habitum fidei infuse.¶ Tertius deniq3 respectus. dicit respectus psuabilitatis.qz postremo vidit de⁹ q demones sunt valde inuidiosi.ideo sicut ab eis Ea fuit deceptra ab ei⁹ illusiōe: sic multi etiā

sine fide ab eis potuissent decipi ⁊ illudi. Jō propter hoc voluit deus. q̄ omnes cū cognoscant per fidem.que a deo solo infunditur: et soli deo innitūt.propter quod impossibile est ipsam habentē incidere in errorez. dūmodo in ea pmaneat.cum talis fides sit a deo. qui nec fallere nec falli potest. Et q̄ dyabol⁹ q̄ p̄z ¶Dan.i.Corin.xi.se transfigurat in angelum lucis:conatus fuisset sine fide decipe homies volentes deū simpliciter per rōnes naturales cognoscere.patz p crēplū. Maz legit in legenda sancti Martini cp̄i.q̄ quadā die dyabolus in forma magni regis purpura ⁊ dyademate aureis caligis ornatus. sereno ore letaq̄ facie sibi apparuit. Cūq̄ ambo diu tacuissent. Agnosce inquit dem⁹ quē colis Martine. Xp̄s ego sum:qui descensurus ad terrā prius me tibi manifestare nolui. Adhuc cum Martin⁹ admiraēs taceret:rursus ait.Martine:Cur dubitas credere:cuz me videas sic gloriosum?Certe xp̄s ego sum?Cur me non adoras? Tūc Martinus a spiritusancto edoctus ait.Domin⁹ me⁹ Jesus xp̄s non se purpuratum. Nec diademate renitentē ventuz se esse predixit. Ego xp̄m nisi in eo habitu et forma qua passus est:⁊ crucis stigmata p̄ferentem venire conspexero:non credā nec adorabo. Ad hanc vocē confusus demon statim disparuit:⁊ totā cellaz fetore replevit.hec ola ibi. ¶ Ex predictis igit̄ cum quattuor causis clarissime patuit.qualiter clarissim⁹ deus.tā q̄ valde necessariū voluit vnicuiq̄ fidei habitum infundere.quo pfecte cognosceret: cuz ad cū cognoscendū mime sufficeret rōnalis. ⁊ sic per consequēs etiā patet secūda excellētia ipsius sacratissime fidei:que dicit excellētia necessitatis. in qua monstratū fuit qualr fides infusa cuilibet est necessaria ad salutez In qua sacratissima fide ingiter vsq̄ ad mortem me ⁊ vos conseruare dignet clemētissimus deus:q̄ simul est largitor fidei ⁊ remunerator.Cui sit semp omnis laus ⁊ gloria p infinita secula seculoz.Amen.

¶Dominica in quinquagesima de tertia excellentia ipsius sacratissime fidei.

Respice: fides tua te saluū fec.Lu.i8.c.⁊ in cuā gelio occurrētis dūice. Due veritates spectabiles ciues in bo-

dicino ⁊ presenti euāgelio nobis spūaliter a clemētissimo saluatore nostro proponūtur: q̄rum vna dici potest veritas certificationis. scōa veritas significationis. Nam ut ait euāgeliū ad litterā. Assumpsit iesus.xi.discipulos suos.et ait illis. Ecce ascendim⁹ hierosolimā ⁊ cōsummabūtur omnia que scripta sunt p prophetas de filio hois. Tradetur eni gentibus:⁊ illudet:⁊ flagellabitur: ⁊ cōspuetur: et postq̄ flagellaverit.occident eū : ⁊ tertia die resurget.hec euangeliū ad litterā. In predictis verbis manifeste apparet qualiter Saluator omnib⁹ Aplis suis predixit totū mysteriū suc passiōis: atq̄ resurrectionis: ut dū postea et passionem tolleraſſet. ⁊ insuper resurrexisset:tam ipsi Apli:q̄ etiam totum genus humanū.fidem certam ⁊ indubiaz eius passioni ⁊ resurrectioni exhiberent:q̄ fidem. quia Apli tunc non habebāt. Jdeo hec ante eis predicebātur. Sic enim dicit euangelium Ipsi nihil horū intellexerūt. et erat verbum illud absconditū ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebātur.hec ibi. Postq̄ vero predicta omnia esse facta ad oculū conspexerūt. certitudinaliter omnes crediderūt.hec igit̄ modo nos certitudinaliter predicta omnia ⁊ credere debemus ⁊ tenemur. Ex hac veritate elicitur correlariū.q̄ fides nostra in aliquib⁹ sic se habet sicut scientia.q̄m sicut scientia est demonstrativa suaz cōclusionū. sic fides est demōstrativa actualr: sicut patuit in ipsis Apōstolis mysteriorū passionis: ⁊ resurrectionis xp̄i. Ex quib⁹ patet prima veritas euāgelij q̄ dicit certificationis. Proponit etiam nobis Secūda veritas:que dicit significatiōis. Nā euangeliū subsequit̄ ⁊ ponit qualiter quidez cecus clamans post xp̄um ab ipso saluatore est illuminatus. Qui cecus sm Grego. significat.totum genus humanū:p peccatū p̄morum parentū obcecatū. Sed postmodū p legem naturalē ⁊ mosayc̄ aliqualiter illuminatur. Spūaliter tm̄ significat populuz xp̄ianum:qui cū ante xp̄i aduentū idola adoraret tanq̄ cecis ⁊ demonibus sacrificaret. Post aduentū tamē ipsius saluatoris cōuersus ad fidem xp̄i mediante p̄dicatione apostoloruz meruit illuiari per gratiā in presenti ab ipso xp̄o:⁊ insup per gloriam in futuro. Nā ante xp̄i aduentū:populus iudaicus erat populus dei electus. Populus vero non xp̄ian⁹ tunc erat populus a deo reprobatus ⁊ paganis

Sed post Christi aduentum:facta est mutatio per gratiam ⁊ verteram dei excelsi. Qm̄ populus iudaicus:exquo Christum cōtēpsit ⁊ fidem eius spreuit:merito a deo tunc est reprobatus ⁊ maledictus. Econtra vero:populus qui nunc est christianus sed antea paganus: exquo Christi fidem cordialiter suscepit ideo ex hoc nunc est a deo electus ⁊ benedictus. De qua benedictiōe.i. electione dicitur i. Pe.2. Vos estis gens sancta pplus acquisitionis:vt virtutem ānuncietis ei qui de tenebras vos vocauit in admirabile lumē suū Qui aliq̄n non pplus:nunc autē pplus dei. Qui non consecuti misericordiam: nūc autē misericordiam consecuti.hec ibi. De tali etiā populi iudaici reprobatione: ⁊ populi Christiani electione. ppha in persona ipsius xp̄i dicit. Populus quē non cognoui.s.ante aduentum meuz seruiuit mihi:in auditu auris obedivit mihi.i.post aduentum meum. Filij alieni mentiti sunt mihi.i.populus iudaicus: ⁊ claudicaverūt a semitis suis.i.a vijs fidei vere ⁊ virtutis:et qbus etiā patet declaratio scde veritatis.⁊ sic etiam patet moralis expositio euangelij sacri. Post cuius declarationem q̄m in superioribus sufficienter declarauī secundam ipsius sacratissime fidei excellentiā vz necessitatem volens ordinate procedere : habeo in presenti tertiam ipsius fidei excellētiam declarare:que dicitur excellentia dignitatis.Cuius tertie excellētie declaratio talis erit.

¶ De vnitate sacratissime fidei qūo.s.ē vna sola vera fides ⁊ non plures.

Tertia igitur excellentia sacratissime fidei in ordine declaranda dicitur excellentia vnitatis. In hac igitur excellentia habemus videre:an necessario sit vna vera fides:an possint esse plures. Cum enim tripler sit fides sub qua cōiter viuit totū genus humanum. vz. fides Christianoz: fides iudeoz:⁊ fides saracenoz:seu theucroz: qui obseruant legem Machometi. videndum ē ⁊ declarandu an omnes saluari possint sub sua fide:obseruando ea que sua fides cuiq̄ p̄cipit:vputa. An bonus iudeus sm legē suā. Similiter saracenus. Similiter christianus possint saluari quilibet in sua. An solum saluetur necessario subvna sola fide quicūq̄ saluat. vputa sub fide Christianoz:siue sub lege eorum. Ad huius igitur qōnis ⁊ excellentie clarificationem.tres articuli sunt precipue declarandi. Quoz primus dicitur articulus falsē opinionis. Scōus dicit articulus firme tentiōis. Tertius dicitur articulus egregie satisfactionis.

¶ De tribus alijs articulis circa vnitatem fidei declarandis. Et p̄mo de p̄mo articulo declarando in quo ostenditur falsa opinio illorum:qui dicūt vnūquēq̄ posse saluari sub sua fide.

Primus articulus circa vnitatem fidei declarādus:dicitur articulus falsē opinionis. Circa questionez supra positam. Cuz queritur an quisq̄ saluari possit sub sua lege ⁊ fide: obseruando tamen ea que cuiq̄ sua fides precipit:fuit falsa imo falsissima opinio quorūdam dicentium: q̄ sic. Nam quidam tenuerunt q̄ realiter quisq̄ saluari potest sub sua lege:qđ tripliciter probare conati sunt. Primo auctoritatibus. Scōo rationibus. Tertio admiratione. ¶ Primo probant duabus auctoritatibus quaz p̄ma est Joel' pphe.2.c.dicentis . Omis quicūq̄ invocaverit nomen dñi saluus erit. Sed cum omnes sub sua fide invocent deū ergo omnes sub sua lege saluari possunt. ¶ Scōa auctoritas est Apostoli.1.Thi.2.dicentis. Deus vult omnes homines saluos fieri. ¶ Scōo hoc idem probare nituntur tribus precipue rationibus. Primo ratione finalitatis. Scōo rōe superabilitatis. Tertio rōne causalitatis. ¶ Primo probant ratione finalitatis. vnūquēq̄ saluari i sua fide ⁊ lege. Fundamentum rōnis eoz ponit phs 2.phy̆si.qui dicit. Agens sm rōnem agit naturaliter ,ppter finem:qđ si sic est:ergo deus qui est pfectissim⁹ in ratiōe ⁊ intellectu exquo creat de nihilo animas omniū hominū eas facit propter aliquē finem:quo concesso . Si queritur quo fine creauit deus omnes infideles.s. omnes iudeos: omnes saracenos : omnes turchos:⁊ etiam christianos. Clarus est sm Augu.⁊ omnes theologos in.i.distin. 46.q̄ omnes creauit ad hoc vt beatificent. Sed cum dicatur.i.politico.c.3.de anima.q̄ deus nihil facit ociosum in natura. concludi tur per consequens:q̄ quilibet moraliter viuens in sua lege ⁊ fide saluatur. ¶ Scōo hoc idem probant ratione superabilitatis. Fundamentum rationis eorum ponit phs.viij.metha.di. Vnumquodq̄ enim vtitur nā

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi propria.patet hec regula.Cum eni ignis naturaliter sit calidior sole: qui tamen non formaliter:sed virtualiter:vel effective calid9 est.Ideo maiorem calorem emittit.Quo p̄ supposito certum est:q in natura t in essentia dei duo precipue sunt.s.misericordia t iustitia.dicente,ppha.Duo h audiui:quia ptās dei est:t tibi dñe misericordia. Et alibi dicit Misericordia t veritas obuiauerūt sibi.Sz clarum est:q maior est misericordia in deo q̄ iustitia.dicente Iac.2.c.Misericordia superexaltat iudiciū.t p̄s.dicit. Miserationes ei9 super omnia opera eius.Et Hieronym9 de pen.distinc.j.quia diuinitatis.dicit. Quia diuinitatis natura clemens est t pia: t magis ad indulgentiam q̄ advindictam prona.hec ille.Et rōnem de hoc assignat Ricar.in.4. distinc.46.artic.2.q.2.di. q misericordia est deo naturalior:eo q respicit bonitatem sue nature. Iustitia vero respicit peccata: quare si vt patet misericordia est deo magis naturalis q̄ iustitia.Et vnumq̄q sequitur propriam rectatem sue nature: bene concludit q dei er abūdantia sue misericordie saluat omnes qui moraliter viuunt sub sua fide t lege.

¶Tertio hoc idem probant ratione causalitatis. Fundamentum rationis eorū ponit Auctor lib.de causis.di. Quicquid est causa cause:est etiam causa causati. patet hec regla Nam si quis fuit causa plantandi arborem est etiam causa omniū fructuū ex illa descendentium. Quo presupposito certū est:q dei est qui creat hominez:t causa lib.arbi.dicēte Salomone Sapien.io. Fecit deus hominē rectum: t reliquit eum in manibus consilij sui.Et Ecclesia.15.dicitur.Deus ab initio cōstituit hominem.t reliquit eum in manu cōsilij sui.Sed clarum est:q libe.arbi.est causa peccati.di.pho.3.ethico. Voluntaria fūt vitia sicut t virtutes.Nō si sic est:ergo sequitur q deus est causa peccati. Sic enim dicitur cī de iniur.t dam.da.c. si culpa. Qui causam dāni dat:dānum dedisse videtur: imo quod plus est:si deus dānaret moraliter viuentes in sua lege.presupposito etiam q peccarent: magis esset peccator:q̄ omnes dānandi. et ratio est:quia.2.metha.dicitur. Quicquid est causa aliorum vt sint talia:id maxime ē tale sicut exempli gratia.Si ignis est causa calefactionis:ideo ipse maxime est calidus. Sed cum impossibile sit deum esse causam directam alicuius mali.t per consequens damnationem aliquorum.bene ergo concluditur q omnes moraliter viuentes in sua fide et lege saluantur.¶Tertio deniq̄ probant alii qui generali admiratione:q omnes sub sua lege t fide viuentes saluari possunt. Dicunt enim.Si deus solū eos saluaret qui sub vna fide viuunt.t ceteros omnes ab illa fide alienos damnaret.valde mirū omnibus hominibus mundi generaliter appareret:et pocis pue cum paucissimi saluētur.Multi vero dānentur. et sic ex predictis auctoritatib9:rationib9:t generali admiratione. patet falsa opinio dicentiū. q vnusquisq̄ saluari potest in sua lege t fide. Et per consequēs etiā patet primus articulus circa vnitatē fidei declarādo:in quo ostēdit q simplr est vna sola vera fides et si plures: i q̄ saluari p̄t gēq̄q saluaī.

Secundus articulus circa vnitatē fidei declarādus.dicit articulus firme tentionis.Quoniā ut ait p̄bus p̄mo Elenchoz. t primo rethoꝛice sue. Oppposita iuxta se posita magis elucescūt. sicut album magis elucescit. apud nigrū q̄ si nullū nigꝛ adesset. Ideo postq̄ demonstraui falsaz opinionē dicentiū. q vnusquisq̄ saluari potest sub sua fide.habeo nunc in presenti articulo declarare veram opinionem t rectam:quomodo.s.nō est possibile homines saluari nisi sub vna sola fide t lege.propter quod dico q de necessitate salutis est:q quisq̄ firmiter teneat t credat:q sit sola lex t fides:in qua sola:t non in aliqua altera saluatur : t saluari potest:quicūq̄ saluari debet t saluatur . Et q necesse est credere:q sit vna sola fides in toto mundo:in qua sola t non altera quisq̄ saluaī. Quintupliciter ꝓbo. ¶Primo rationibus. ¶Scōo auctoritate. ¶Tertio distinctione. ¶Quarto similitudine. ¶Quinto reuelatione. ¶Primo ratione quadruplici:q.s. necesse est tenere t credere q sit vna sola fides in toto mundo:in qua sola non in altera saluatur:quicūq̄ saluatur t saluari debet ¶Primo ratione obiectionis. ¶Scōo ratōe subiectionis. ¶Tertio ratione diuersificationis. ¶Quarto ratione infusionis.¶Primo ꝓbo ratione obiectionis:siue obiecti. Fundamentum rationis ponit Tho.super libro de sensu t sensato.di.Simplex obiectū simplicem potentiam t non diuersam requirit. patet hec regula . Cum enim q̄q̄z sint obiecta specifica sensibilium: ideo q̄q̄z dicim9 esse sensus. Et quia color vt dicitur in scōo de anima . est simpliciter obiectum visus : ideo simpliciter vnus sensus qui est potentia visiua t non auditiua. simpliciter dirigi potest seu dirigitur ad ipsum colorem videndum:quod nullus aliorum sensuum diuersorum facere potest.Exemplifica de alijs ꝑ ut vis. Quo presupposito vz.q quandocūq̄ obiectum est vnum:necessarium est esse tm vnam potentiam:t per consequens tm vnū actum.Certum est autem q deus simpliciter unquantum est veritas increata: est vnuz solum obiectum cuiuslibet intellectus rationalis. sic enim dicitur Exodi.20. Audi Isrl. dominus deus tuus vnus est. Et ꝓpha dic. Non erit in te deus recens:quod cōfirmās Ricar.in.3.distin.23.articu.5.q.2.dicit. Obiectum fidei est veritas increata:ad quā creata omnia reducuntur. hoc idem asserit Tho. scōa scōe.q.j.articu.j. Sic insuper obiectum intellectus speculatiui est ipsa veritas:que ēt reducitur ad primam veritatem. Vnde p̄bs 2.metha.dicit. Intellectus speculatiui finis t delectatio est veritas. Et.6.ethico.ait.Bonū intellectus est scientia t veritas. Et p̄mo de anima dicit. Intellectiua t speculatio veritatis videntur esse proprie passiones anime. q si sic est:q vna est simpliciter in se veritas diuinarum rerum seu credendorum.s.veritas increata:quā non variat nec diuersificat in aliquo diuersitas:vel varietas credendorum: qm̄ talis increata veritas rerum non pendet vllo modo ex ipsis hominibus: aut ex dispositionibus eorum credendorum: necesse est concludere:q vnius veritatis simpliciter debet esse vna apprehensio: sicut t vnius coloris vna est apprehensio:sicut t vnius coloris vna tm̄ est potentia.s.visiua cum appre hendens. t hoc quantum ad apprehensum : Iz sint varij modi apprehensionum:sicut vn9 apprehendit signum cum sagitta tenens arcum altum. Alius procliuum:alius in parte dextra:t alius in parte sinistra. Et qua ratione necessario:necessario concluditur: q cū apprehensio istius increate veritatis nō possit esse in cōmunitate omnium hominum : nisi per credulitatem t fidem: bene sequitur quod vna t cōmunis debet esse credulitas omnium hominum . Cum autem iudei credant in messiam venturum. Saraceni vero t theucri in Machometum: t christiani in Christum: propter quod t diuersas leges sequūtur t opera.clarum est q duas sectas necessario oportet esse falsas: cum probatuz sit q vnum sit simpliciter obiectum cuiuslibet humani intellectus.s.veritas increata: t oia que ad eam reducuntur. ¶Scōo etiam probo ratione subiectionis siue subiecti: q simpliciter est vna bona fides:t non plures. Fūdamentum rationis ponit p̄bs.3.de anima. dicens . Scientie secantur quēadmodum t res a quibus vel de quibus sunt scientie.hoc idem confirmat idem p̄bus p̄mo de anima t.2.methaphy.t.8.topicoz. q scientia trahit nobilitatem a suo subiecto.patet hec regula. Quia enim anima est diuersa genere a corpore. Ideo ſm p̄bm p̄mo de anima. diuersificat scientiam ab eo. Similiter quia ignis t aqua sunt diuersa genere:ideo diuersificāt actꝰ suos.Et quo bene patet:q si plura sint subiecta t diuersa: ergo plures erūt t diuerse scientie ab eis procedentes. Econtra vero si vnum est simpliciter subiectū:vna erit simpliciter t scientia. Quo presupposito q vni9 subiecti vna simpliciter est scientia . Certum est q intellectus est vnus spē in tota generatione humana. Vnde Tho.in.2.di.32.t dñs Bonauentura ibidem in questionibus circa litteram.q.vltia dicunt. q omnes anime rationales ab origine sunt equales: quantum ad substantiam t essentiā. Quia vt dicit p̄bs 3.metha. Species equaliter predicantur de suis individuis quod esse nō posset: si forme essent inequales. Et ratio est Iz Tho. Quia cum omnis diuersitas formalis que non p respectum ad materiam sit diuersitas ſm speciem.teste p̄bo.io.metha.omnes anime q̄ sint eiusdem speciei:relinquitur q nulla diuersitas:t per consequens inequalitas sit i animabus humanis: hic non loquor de alia Christi:que fuit perfectior omnib9 animab9 etiam in naturalib9:quia naturaliter habuit meliorem intellectum:memoriam: t voluntatem:q̄ quelibet alia aia.Iz ꝓpter hoc non sit egressa timore humane spēi. Nec insuper loquor:q vna aia p accūs nō sit ꝑfectior altera respectu melioris cōplexionis corporis: prout dicit p̄bs.2.de anima.Sz loquor simpliciter:q natura hominis siue natura aie

quantum ad substantiam ⁊ essentiam: vna ⁊ eadem est apud omnes: vnde inde intellect⁹ ⁊ saracenus nihil differt ab intellectu christiani ⁊ econuerso. dicente ℙDorphirio in suis vniuersalibus. ℙPlures homines sunt vnus hō participatione vnius speciei. Species enim est collectio in vnam ⁊ eandem naturaz. Et ibidem ait. De vero que sunt bonunis proprietates. dico autem eius qui est cōis erunt equaliter eedem in omnibus. Idem autem esset vniuscuiusq; vnum ⁊ idem: neq; intentionem: neq; remissionem suscipit. hec ibi. ꝙ si vt patet natura omnium hominum ē eq̄lis: ⁊ est eadem apud omnes nationes mundi: ergo sequitur ꝙ ⁊ naturalia erunt eadem apud omnes. Ideo quecūq; debentur creatori iure nature: seu iure naturalium. cōmuniter ei debentur ab omnibus ⁊ apud oēs. Ideo cultus q deo debetur naturaliter: siue propter eius excellentiam: siue propter beneficiorum ⁊ donoꝝ naturalium obligationez cōmunis esse debet apud omnes. Sed cum talis cultus qui deo debetur ab omnib⁹ iure nature nihil sit nisi principia quedam fides. vz. ⁊ credulitas. Ideo ꝓpter hoc necesse ē cōcludere: ꝙ vna sola ⁊ non plures sit fides et credulitas: que deo debetur. ꝙ si sint plures credulitates: sicut ⁊ sunt. Igit sic diuersimode credentes necesse est agere contra naturā ⁊ sic quoddam malum ⁊ peccatum. Igitur propter hoc necesse est tenere: ꝙ vna sit simpliciter vera fides: ⁊ non plures. Et sic confirmatur ista ratio. Videmus enim ꝙ affectionum cause apud omnes: ⁊ apprehēsiones earum etiam erga deum eedem sunt. Mā speculi causa in omnibus est apprehensio diuine liberalitatis ⁊ misericordie. Amoris autem causa est apprehensio diuine bonitatis. Igit cum affectiones iste eedem sint apud omnes ⁊ apprehensiones que sunt cause illoꝝ eedez apud omnes erunt. Apprehensiones in presenti de deo: oportet esse fidei: propter virtutem intellectus hominum: vt in precedentibus monstratum est. ꝙ si sic est: ergo a simili vera fides: vna ⁊ eadem erit necessario apud omnes. Si autem aliquis obijceret. di. Cum enim. 3. de anima dicatur. Scientie secantur quēadmodum ⁊ res: igitur cum fides sit de rebus coniunctis materie transmutabili: et de re separata a materia: ⁊ de deo ⁊ de moribus hominū: videtur ꝙ ad minus possint esse tres fides. s. naturalis: diuinalis: ⁊ mesalis. Ad hoc respondeo: ꝙ ⁊ si de rebus diuersis diuerse sint scientie. hoc debet intelligi qñ considerant non in relatione ad aliquid vnū quod sit ꝓncipiorum subiectum. In fide autē non est sic: imo omnia que considerantur in fide ⁊ creduntur: considerantur ⁊ creduntꝫ aliquā comparationem ad aliquid vnum: qđ est ꝓncipiox. s. articulox fidei subiectuz. s. deū. Vel dicas ſm Ricar. in prohemio. 3. q. 2. ꝙ quecūq; conueniunt in rōne vna possunt ad vnam scientiam pertinere. Vnde etiam ois inquantum conueniunt in ratione entis: pertinent ad methaphificaz. eo ꝙ methaphifica tractat de omni ente vniuersaliter. Vñ phs. 4. metha. dicit. ꝙ vnius scientie consideratio ē de ente vniuersaliter. Et Auic. 3. metha. fne dicit. ꝙ subiectum mediante est ens inquātū ens. Sic ergo a simili dico. Cum fides infusa sit simpliciter de diuersis articulis ⁊ reb⁹ per solam rationem ⁊ virtutem diuinam: q̄ omnia simul complectitur. Omnia enim ab ipso deo: ⁊ ad ipsum sunt: cristens vna simpliciter: potest etiam esse de diuersis rebus. Et quibus omnibus patet scōa ratio. ¶ Tertio probo fidem necessario esse vnam ratiōe diuersificationis. Fundamentū rationis ponit phs. 3. posterioꝝ. ⁊. 4. metha. dicens. Affirmatio ⁊ negatio nunq; sunt vera de eodem. patet hec regula. Nam ꝙ aliquid simul ⁊ semel sit album ⁊ non album: calidum ⁊ nō calidum: hoc est impossibile: quia necessario oꝫ ꝙ illud sit simpliciter: aut album aut non album: aut calidum aut non calidum. Quo ꝓpposito cum bonum ⁊ malum sint in reb⁹ Sed verū ⁊ falsum sint in intellectu: vt dicit 7. metha. certū ē: ꝙ fides qua quisq; saluandus est: non potest esse simul vera ⁊ falsa: qđ vt dicitur. 10. metha. Quo cōtraria non stant simul. Sed manifestum est: ꝙ aliqui: vtpote iudei ⁊ saracenī affirmant suam fidem ē bonam. Fidem vero christianoꝝ esse oio falsaz Oppositum christiani dicunt: qđ ꝓz. Mā lex Machometi concedit. 12. vrores vt bonū lex vero christianoꝝ prohibet: vt malū. Tunc vltra peto: aut habere. 12. vrores est bonū ſm suam rōnem aut malum. Sed claꝝ est: ꝙ lex christianoꝝ cum prohibeat hoc vt malum: ⁊ lex machomenti concedat vt bonuz: ꝙ hoc omnino est impossibile. vz. ꝙ lex machomeni sit simul bona ⁊ mala: ⁊ sic dico de quauis

alia fide ⁊ lege. ꝙ autem quisq; iudicet suam fidem simpliciter vel legem esse bonam: et econtra omnem aliam malam. patet. q̄ ꝙ sq; faucet eis qui sue adherent fidei. Nam christiani baptizant saracenos ⁊ iudeos. ⁊ econuerso: ipsi dant christianis suas cerimonias. Econtra etiam per oppositum: omnis secta ignē ⁊ ferro persequitur sentientes contraria sue fidei tāq; rem malam: imo plus persequūt illos q̄s fures ⁊ raptores. Quibus omnibus premissis: cum impossibile sit ꝙ vna ⁊ eadez fides sit simul vera ⁊ falsa. Ideo per consequens impossibile est esse nisi vnam solam ⁊ veram fidem: qua deo exhibetur verus cultus. ¶ Quarto deniq; probo ratione infusionis: ꝙ simpliciter est vna sola fides: i qua saluatur quicūq; saluatur. Fundamentum rationis ponit phs. 1. de generatione ⁊ corruptione. di. Idem manens idem: semp aptum natum est facere idem. patet hec regula Nam ignis manens ignis: semper calorem emittere potest: ⁊ non frigus. Quo presuppositio certum est: ꝙ fides a deo in anima infūditur. dicente Augustino in lib. de libe. arbi. ⁊ ponitur de consecra. distinc. 4. c. Gratia. Fides inquit non est liber. arbi. trū. Sed est dei donum. Et Sapien. 3. dicitur. Habitur ei fidei donum electum ⁊ sors in templo dei acceptissima. Dō si sic est: ꝙ fides est a deo. cum deus sit semper manens. Idem inuariabiliter ergo necessario infundit in animabus vnam solam fidem: ⁊ non diuersas Nam aliter sibi facere est impossibile: quia vt probatum est: cum oporteat aliquā fidem esse veram: aliquam vero falsam: sequeret ꝙ deus ipsemet mutabilis esset: ⁊ insuper diuerse substantie ⁊ nature: pro eo ꝙ vni infunderet fidem salutiferam: alteri vero non salutiferam ⁊ dānabilem. Et vltra hoc videretur ꝙ deus esset acceptator personarum: qđ est impossibile: ⁊ etiam hereticū credere. Sic enim dicitur. 32. q. 4. c. sic. ⁊ de consecra. dist. 4. cæquacūq; ⁊ ex de preben. c. venerabilis. Apud deum nulla est acceptio personarum: propter quod oportet concludere: ꝙ de⁹ vnā solam fidem omnibus exhibet: qui volunt accipere ⁊ non plures. Et ideo libro de causis dicitur. Causa prima cristit in omnib⁹ rebus ſm dispositionez vnā. Et ℙPlato in thimeo dicit. ℙPrima causa est sine vlla variatione. Et. 7. ethico. phus. ait. Simplicis ⁊ imutabilis nature semper vna ⁊ eadem actio ē. Que simul omnia confirmans Salomon Sapi. 6. ait. ℙPusillum ⁊ magnum diligit deus: et est ei equaliter cura de omnibus. Ex predictis igitur quattuor rationibus clarissime pz qualiter simpliciter est sola vna ⁊ vera fides ⁊ non plures: in qua saluabiť quicūq; saluaťur. ¶ Scōo hoc idem probo vnica auctoritate Augustini. libro de verbis domini. dicentis. Vna sola est fides deo grata: ⁊ omnibus salutifera: in qua omnes saluantur: ⁊ extra quā saluari ipossibile ē. hec ille. ¶ Tertio hoc idē probo vnica distinctōe. beati Tho. scōa scōe q. 4. arti. 6. in corpore. q. dicentis. Cuz querit an trū sit vna sola ⁊ vera fides. an possint ē plures? Respondeo ꝙ fides vera trū vna est Nam fides si sumatur per habitum. dupliciter potest cōsiderari: vno modo ex parte obiecti. Et sic est simpliciter vna fides. Obiectū enim fidei formale: est veritas prima: cui inherendo credimus quecūq; continentur sub fide. Alio modo ex parte subiecti: ⁊ sic fides diuersificatur ſm ꝙ est diuersorum. Manifestum est autem ꝙ fides sicut ⁊ quilibet ali⁹ habitus ex formali ratione obiecti hz speciē. Sed ex subiecto individuatur. Et ideo si fides sumitur pro habitu quo credimus: sic fides est vna species: ⁊ differens numero i diuersis hominibus. Si vero sumatur pro eo quod creditur: sic etiam est vna fides: ꝙ ideꝫ est qō ab omnibus creditur ⁊ credi debet. Iz etiam sint diuersa credibilia: qua cōmuniter omnes credunt: qz omnia reducūtur ad vnū h Tho. verbaliter. ¶ Quarto hic idem ꝓbo vnica similitudine: ꝙ vz. necesse ē vnam solā esse fidem ⁊ non plures: quā similitudinē ponit phus. 8. politico. versus principium. Qm̄ inquit vn⁹ est finis ciuitatis omnium. Ideo necessarium est ad eius finem conseruandu esse vnam disciplinam ⁊ eandem omnium. hec ibi. Et qua similitudine accipio: ꝙ de rebus ordinatis directe ad vnum finem: vna ē vita: vna sciētia: vna disciplina: ergo a simili cum omnia que sunt fidei directe referantur ad vnum finem. s. deum. siue vitam eternam sicut dicitur Joā. 20. Hec scripta sunt vt credatis. ⁊ vt credentes vitam eternam habeatis. cōcluditur necessario ꝙ vna sit sola fides vnus solus cultus dei: vna sola fidei religio: ⁊ non plures: qua mediante finem consequūť vite eterne: quicūq; eternam vitam consequi

debet. ¶ Quinto deniqz probo reuelatione q. s. vna est vera fides. Nam in legenda sancte Cecilie habet. quomodo sener quidam. s. Angelus apparuit valeriano Cecilie marito: cum libello in manibus. vbi erant scripta verba Apli ad Ephe. vnus deus. vna fides. vnū baptisma. vnus deus z pater omniū. q est sup omnes: z per omnia est benedict⁹. hec ibi. dic historiā ad litteraz si vis: ut habes in legendario. z etiaz in lectionib⁹ breuiarij. Et predictis itaqz rationib⁹. auctoritate. distinctione. similitudine. atqz reuelatione. patet q̄liter impossibile est esse nisi vnam solam fidē veram bonā et salutiferā. Et qualiter impossibile est omnes saluari sub lege z fide sua. z per consequēs etiam patet secūdus articul⁹ circa vnitatem fidei declarādus. qui dicitur articulus firme tentionis.

¶ De tertio articulo circa veritatez fidei declarādo de satisfactione: ostra dicētes q. qsqz potest saluari sub sua fide.

Tertius deniqz articulus circa vnitatem fidei declarādus: dicit articulus egregie satisfactionis. Qm̄ alig adhuc dubitare possent. q. s. non sit nisi vna solaq vera fides: pro eo q in primo articulo demonstratū est oppositū p auctoritates. rationes. z etiā generalē admirationē. ut quilibet intellect⁹ possit firmiter credere z tenere. qđ simpliciter in articulo secūdo monstratū est. idcirco declarabo singillatim supradictas auctoritates. rōnes. atqz generalem admirationem. et per cōsequens omnis mens plene z egregie satisfacta remanebit. Et qm̄ tria in oppositum sunt proposita: ideo tres satisfactiones faciemus. Quarū. z. ¶ Prima dicit satisfactio auctoritatū. ¶ Secunda satisfactio rationū. ¶ Tertia dicit satisfactio admirationū. ¶ Prima satisfactio facienda dicit auctoritatū. Due enim auctoritates proposite fuerunt. q. s. quelz fides potest esse bona: z p cōsequens quisqz in sua fide saluari potest. Et prima fuit Joelis prophete. z. c. di. Omnis q cūqz inuocauerit nomen dñi salu⁹ erit. Quā declarando dico: q. ille terminus ois. non intelligit q. omnes illi saluant: qui tm̄ deū adorant z inuocant. Sed qui eū in veritate fidei adorant. ¶ Proinde. pphera dicit. ¶ Prope est domin⁹ omnib⁹ inuocantibus eū in veritate. Vbi glo. dicit. Ergo longe est domin⁹ ab oibus inuocantibus eū cum fidei falsitate. hec glo. Et ideo Ricar. in. 4. di. 15. ar. 4. q. 7. querit. An oratio a quolibet facta semp sit audibilis a deo. Et respondet di. q. nō. Sed oportet q. oratio salutifera quattuor habeat conditiones. ¶ Prima ē q. ille qui petit: petat humiliter. reputando se indignū tali gratia. Secūda est: q. ille qui petit: petat salubriter: idest ea tm̄ que pertinent ad salutem. prout est grātia: illuminatio intellectus: remissio peccatoz z huiusmodi. Tertia est q. ille qui petit: petat pseueranter. quoniā domin⁹ Matth. 10. dicit. Qui pseueraverit vsqz in finē hic saluus erit. Quarta cōditio ē q. ille q petit petat fideliter. i. q. petat cū firma fide z non cum dubia z falsa. Quam verā fidem: cū non ois teneat. ergo simpliciter vna est. ut probatum est. Ocluditur p consequēs q. nō ois saluatur in sua fide z lege. prout prima auctoritas ostendere videbat. Secūda auctoritas que videbatur ostēdere. q. ois sub sua lege saluari poterat. z quā. p scuto aliqui allegebant fuit pauli primo Thi. 2. di. Deus vult omnes homines saluos fieri. Quā auctoritatē egregie dñs Bonauētura declarans in primo. di. 46. ar. 1. q. 1. in corpore. q. dicit. Cum queritur an iustra auctoritatem pauli de⁹ simpliciter velit omnes homines saluos fieri. Respondeo q. dupler est voluntas dei. s. antecedens z absoluta: consequens z conditionata. Volūtas antecedēs z absoluta est illa q̄ respicit ordinē nature prout a deo condita est. z q. omne bonū a deo est volitū. etiā omnē naturā rōnalē seu intellectualem bonū est saluē obtinere. Ideo hac voluntate deus ēqtum in se est. vult omnes homines saluos fieri. Quod patet: tū ex pte nature date: tū ex parte gratie oibus oblate. dedit eni cuilibet naturā sm̄ quā quisqz posset finē suū cognoscere: z cognitū querere: z quesitū inuenire: z inuenta inherere: ac p hoc saluē obtinere. Gratiā quoqz simpliciter obtulit. dū filium misit z precium pro omnib⁹ dedit. leges eti am oibus z mandata propter hoc exhibuit. Volūtas vero dei consequēs z cōditionata respicit ordinē primo ex pte li. ar. in quo incidit etiā spontaneū malum. z quia non est bonū omnes homines saluos fieri. nisi sub cōditionibus istis. ut. s. qui se preparat z saluari consentit. ideo vult deus saluare benefactē tem z volentem. Nolentem vero z malefacientez z sue gratie resistentē. non vult deus saluare: quia hoc facere. nec bonum nec iustū

esset. q. ō bene patet exemplo solis. Nam licz sol omnes homines ēqtum est in se illuminare velit. tamē qui oculum claudunt z sponte se auertunt. nō illuminant a sole. Sic de⁹ ēqtum in se est paratus est omnes illuminare per gratiā z salutem. Sed qui obstaculuz ponunt nequaqz saluant. Habes etiam crē plum in rege ēqtz ad cōformitatem nature omnes sub suo regno constituros vult saluare z bonū habere. tamen propter culpe defectum: z suorum preceptoz transgressionē vult oino eos nō saluari: sed damnari. Ex q̄ distinctione patet. qualiter deus non vult saluare omnes sub diuersis legibus viuentes. sed simpliciter q sub vna fide z lege bene viuunt. Et quibus omnib⁹ patet illa satisfactio contra falsam opinionem. vz. auctoritatum. ¶ Secūda insuper satisfactio contra falsam opinionē aliquoz facienda dicit rationum. Vltra enim auctoritates tres rationes proposite fuerunt. q. s. quelibet fides potest esse bona. et quisqz per consequens potest saluari in sua fide. quibus plene satisfaciam: ad singulos singulariter respondendo. Ad primam autē rationē. s. finalitat. q. de⁹. s. nihil facit nisi propter finem. ergo creauit omnes homines propter finem: z quia ille finis est beatitudo. Respondeo q. omnia predicta vera sunt. Cum autez cōcluditur. ergo omnes saluant. Cum autez cōcluditur. ergo omnes saluant. erquo deus nihil facit frustra. Nego ꝟ esse vez. immo falsissimū est. Et ratō. quia ut dicit li. de regimine prin. non ponuntur simpliciter ad finem aliquē nisi p medium eius. Sicut non acgritur sanitas sine medio medicine. q. si sic est. ergo nullus finem vite eterne potest adipisci nisi habeat mediū quo mediate possit acquiri. Et ideo non sufficit iudeos z saracenos z insuper xpianos creatos esse ad finem beatitudinis ad hoc ut saluentur. q. si dicerent Judei z Saracenos omnes nos medium habemus. scilicz fidem nostrā cum operibus: qua mediate omnes saluari possumus. Respondeo q. non sufficit habere medium: nisi illud mediū sit conueniens cum fine. quia sm̄ philosophū secūdo Topicoz. z septimo Methaphisice. Ea que sunt ad finē debent regulari sm̄ q. dicat ratio finis. vnde non quelibet medicina est sufficiens dare alicui sanitatem. sed illa solum que est conueniens ad expulsionem infirmitatis. Sic a simili dico: q. non sufficit omnes habere fidem cum operibus. sed oportet q. talis fides cum operibus sit conueniens cum fine beatitudinis. Cum autem impossibile sit: q. tripler predicta fides sit conueniens cum fine. Sed vna tantū prout in secundo articulo monstratum est. ideo concluditur. q. non omnes saluantur sub sua fide. sed solum sub vna fide saluantur. Ex quibus omnibus. patet. q. prima ratio nihil concludit. Ad secundā rationez qua sic arguebatur vnumqqz vtitur natura sua propria. z per consequens cum in deo sit misericordia z iustitia: z misericordia naturaliter superet iusticiaz. vide argumentū supra. Respondeo q. deus vtit natura sua. Sed cum natura dei sit ordinatissima in seruando ordinem quē ipse nature dedit: ut dicitur. 8. ¶ Dbis coz. z ordo dei est cum hominibus. ut quicūqz voluerit misericordiam z salutem: eam ab eo accipiat. Ideo saluare volens ordinē: non tantū non saluabit omnes. immo stante libertate arbitrij in quo salutem posuit z misericordiam: nullatenus potest saluare nolentes. dicente August. super Joan. Qui fecit te sine te. non saluabit te sine te. Et apostolus ad hebreos. 5. ait. Factus est omnibus obtemperantibus sibi cā salutis eterne. Cum igitur omnes predicti saluari nolint: cum aliqui sponte falsē fidei adhereant. ut infra patebit. Ideo argumentum eoz nihil concludit. Immo magis cōcludit oppositū. q. s. plures ex iusticia damnabūtur. que tanta est in deo. nec minor ēqta misericordia. cum omne quod est in deo habeat rationē infinitatis. et sic idem q. ipse deus Et quibus omnibus patet satisfactio secunde rationis. Ad tertiā deniqz rationem. vz. quicqd est causa cause ē cā creati. ergo si tot damnant. cum non damnētur nisi mediāte peccato quod ex libe. ar. procedit. sequitur ex hoc q. de⁹ est causa potissima oim illoz peccatoz. et per consequēs deus est maxim⁹ peccator. Respondeo sm̄ Bonauenturā in scō di. 37. ar. 2. q. 1. Et sm̄ Tho. in prima pte summe. q. 49. ar. 2. q. hoc non est verum. q. sez deus sit causa peccati effectiue. ēqtis ipse deus sit causa libe. ar. Et ratio est: quia defectus cause scōe. s. li. ar. procedit simpliciter ab ipsa causa scōa. s. ab ipso li. ar. sicut exempli gratia. Si minister facit aligd cōtra mādatū dñi. non reducit hoc in dñm sicut in causam primā: sed simplr in ministz. quod ut clarē

pateat exemplū declaro. Ecce quidā dominus videt quandā iuuenculā pauperculā qui dicit seruitori suo siue famulo porta.25.ducatos matri eius pauperculę.ut ea nuptui tradat. vadit ille seruus ꝛ dicit matri iuuenculę.dabo tibi.25.aureos:si vis q̄ semel cum filia tua peccem:que statim cōsentit. pro igit nunc:quis est causa principalis ꝛ potissima illius peccati:D tu dices forte.dñs fuit causa:q dedit.25.ducatos seruo. Rideo nō ē verum. Ratio est: quia non dedit seruo ducatos illo fine. Sed ille spōte ꝛ malo fine vsus est. Sic est in proposito de deo.quia deꝰ ideo dedit li.ar.ut quisq̄ simpliciter faceret bonū ꝛ saluaret.et non ut faceret malum ꝛ sic dānaretur. Et ratio est philosophi scōo de generrtione.ꝛ coꝛ.dicentis.Ab eodem agēte penitus in se non diuersificato non egreditur perfectū et imperfectū. sicut nec ab arboꝛe simul egreditur fructus dulcis et amarus. sed bonum dicit perfectionem: malū imperfectionem.quia dicit priuationē modi:speī:ꝛ ordis pones q̄ determinat perfectio creature.Cum igitur deus sit agens pfectissimꝰ non in se diuersificatus.ergo cū bona actio sit ab ipso.sequitur q̄ mala idest peccata nō erant ab eo dē.propter quod Deuterono.32.dicitur.Dei perfecta sunt opera.ꝛ Matth.5. etiam dicit. Estote perfecti:sicut ꝛ pater celestis pfectꝰ est Deniq; August.li.83.questionū ait.Deo autoꝛe nullus homo deteriꝰ fit.Et quibꝰ omnibus patet.q̄ tertia ratio nihil concludit. et per consequēs etiā patet secūda satisfactio q̄ dicit rationū. Tertia deniq; satisfactio cōtra falsam opinionē aliquoꝝ faciendo dicit admirationis. Arguebat enim q̄ generalis oibus mirū videretur si deus simpliciter saluaret omnes qui sub vna fide viuūt.alios vero omnes cum sint quasi innumerabiles dānaret.quod dicebat oino esse impossibile et incredibile.Quibꝰ satisfaciendo dico.q̄ nulli debet esse mirū ꝛ incredibile.Si deus oēs multitudinē dānet.preter eos qui sub vna fide viuūt.immo oibus deberet mirū apparere.si deus aliter faceret.vnde nō tantū est verum. q̄ omnes ab vna vera fide dei semoti et alieni damnētur.sed etiam hoc est cōueniens tissimū.quod tripliciter.pbo. ¶Primo auꝰitatibus. ¶Secundo rationibus. ¶Tertio similitudine. ¶ ¶Primo ,pbat auctoritatibꝰ. Nam Matthei.20.dicit.Multi sunt vocati paucivero electi.vbi ait glo.Nullus miretur si pauci saluant:ꝛ multi damnant .q̄ a deo omnes vocati citꝰ eligūt penas: q̄s eternas delicias. Et Matth.7.dicit.Arta est via que ducit ad vitaz.s.nolentibus eam sequi:ꝛ pauci intrāt per illā.ampla ꝛ spaciosa est q̄ ducit ad perditionē.et multi intrāt per illā. ¶Secūdo hoc idē probo triplici ratiōe. ¶Primo ratione electionis. Secūdo ratione inuestigationis. Tertio rōne operationis. ¶ ¶Primo probo ratione electionis.q̄.s.nullus mirari debet si omnes damnātur preter illos qui sub vna vera fide viuūt. Fundamentuz ratiōis ponit pbus.3.Ethicoꝝ.dicēs. Voluntarie sunt virtutes sicut ꝛ vitia.quod confirmans Sap.Ecclsi.15.ait. Ante hominē bonū ꝛ malū:vita et mors. quodcūq; voluerit dabitur ei.Quibus adhērēs. Ambro.15.q.1.c.Non est.ait. Voluntariū sibi militē eligit rpus:ꝛ volūtariū seruū dyabolus auctionat Neminē enim iugo peccatoꝝ astrictū possidet. nisi se ei prius cre peccatoꝝ vendiderit. hec ille. Quo presupposito.q̄.s.virtus et qua quisq; saluat est voluntaria:bene cōcludit.q̄ si tot damnātur.nullus debet mirari.ergo voluntarie sibi eligunt talem damnationez. Causa igit q̄re tot damnāt ꝛ pauci saluant. siue pueniunt ad regnū eterne beatitudinis est.quia deus nequaq̄ vult cogere aliquem cū sinat ordinē iam datū reb⁹ oibus seruari Et q̄ videlz fit.q̄ pauci curent venire ad virtutē vere fidei.ꝛ p consequēs ad regnū celeste,pbat auctoritate ,pbcte.di.Dīs de celo prosperit sup filios hoīm:vt videat si est intelligēs aut requires deū.s. per veram fidez. omnes declinauerūt.s.a vera fide. simul inutiles facti sunt.non est qui faciat bonū nō est vsq; ad vnū. Hoc idem ,pbat etiam figura: siue similitudine. Nam omnes simul ad cenam agni ,puidi inuitati nolucrūt venire. ut dicit Luce.14. Ibi enim dicit homo quidaz fecꝰ Deus fectꝰ homo fecit cenā magnā:ꝛ ordinauit:vocā fidem:ꝛ inuitauit multos.i. omnes:ꝛ misit seruū suū.s.paulū et alios apostolos:siue angelū bonū dicere inuitatis.ut venirent.s.ad veram fidē. quoniā omnia parata erant:ꝛ segtur in Euangelio.ꝛ ceperunt omnes simul se excusare:quoꝝ excusatio,pfecto est stulta ꝛ inualida. Sic eni dicit ,Prouer.3 Excusatio superboꝝ ignominia. Et rano est quia nō sic se excusarent ad cenam tpalem aut ad tempale lucrum. ,Primus igit dicit. villā emi.vbi notat appetitus diuitiz:qui est superbie radice procedit.quia ,pter hunc appetitū homo supbus efficitur. Segtur necesse habeo exire.s.ab eternoꝝ contemplatione. ꝛ a mei consideratione: ꝛ a vere fidei cognitione.sequitur ꝛ videre illā.i.studiū applicare ad tempalem gloriā.sicut pauo ad caudā suam. ,Propriū enim supboꝝ est ſm Bꝛeg. Oculos simpliciter non ad deū:sed ad suam gloriā leuare.contra quos dicit in psal. Oculos superboꝝ humiliabis. Sequit rogo te habe me excusatū. glo. Humilitas sonat in voce.sed superbia in actione. Sequit alter autē dicit. Juga bouū emi quinqz.i.curiositatē.s. sensuū:tempalia inuestigando multo labore quesiui.quod facit auarus.qui coꝝ linguam: manus:pedes:oculos: semp habz occupatos circa ista tpalia bona.dicente Salomō.Ecclesiastes.10. Insatiabilis oculus auari. Segtur ꝛ eo probare illa. Ecce vicii curiositatis ꝛ solicitudinis. Rogo habe me excusatū.qz vz sum in multis occupatus.ut dictū est. Alius dicit.vrozem duxi: ꝛ ideo non possum venire.glo.vroz est concupiscentia carnalis.hāc vrozem ducit. qui ſm carnis desideria viuere proponit. Ista cōcupiscentia carnis cū sua delectatione,precipue viget in saracenis.ꝛ iō non curāt ad fidem veram se cōuertere. De quibus D sec.5.dicit. Non dabūt cogitationes suas ꝛ reuertātur ad dīm deum suū. qz species fornicatoꝝ in medio eoꝝ ē: ꝛ dīz nō cognouerūt.hec ille. Ex prefata igit auctoritate ꝛ similitudine euidenter apparet. qualr omnes.s.infideles se excusant.ꝛ nolūt venire ad nuptias vere fidei:seu eterni regis: ſz magis tribuunt se prout dicit in prima Joan.2. Superbie:auaritie:atq; lururie. Et ideo iuste ex sua libera ꝛ spontanea voluntate damnant. Sicut etiā dicit.23.q.4.c.displicet. Nā quis nesciat hominē nisi merito male volūtatis damnari:ꝛ merito volūtatis bone saluari.hec ille. Et Ber.dic. Nihil ardet in inferno nisi propria volūtas. tolle propriā voluntatē:et iam non est infernus. Item.23.q.4.c.Nabuchodonosoꝛ.dr. Vasis ire nunq̄ deꝰ redderet interitū:si nō spōtaneū inuenire tur homo habere peccatū.hec ibi.Et ideo cōcludo.sicut nō mirarē si aliquis ex liberavolūtate se precipitaret in profundo lacus:cū a nullo cogerer: ꝛ desereret palatiū plenum magno thesauro. qs libere habere potuisset. Sic certe nullus debet mirari si plures dānantur q̄s saluant. Erquo ipsi libere eligunt damnationē suam:ꝛ libere respuūt fidem veram:et eternā gloriam. ¶ Secūdo etiam ,p bo ratione inuestigationis. q̄ nullus debet mirari si omnes damnant.qui sūt extra solam ꝛ veram fidē. Fundamentū rationis ponit.3.Ethi.ꝛ etiā extra de inu.et dā.da.ca. si culpa.vbi dicit. Ignorantia neminē excusat cum ignorat q̄ scire debuit. Quo presupposito:etiam a simili dico de illis q̄ sunt extra veram fidē.quoniā inexcusabiles sunt si damnātur.quoniā nesciērūt que scire tenebantur ꝛ debuerūt. Et si dicerēs. Oh.credebant fidem suaz esse bonā. Respōdeo q̄ non tenet talis excusatio.quia debebant querere veritatez ab hominibꝰ.vel a deo per orationes q̄ eis reuelasset:vel inspirasset veram fidez. Et ideo si aliquis volens coꝛpoꝛaliter ambulare.nollet preuidere vie pericula cum posset. Sed oculis clausis aut auersis incedere vellet:merito imputaret sibi ꝛ ignorantie sue. si quid mali ei ex hoc accideret. Item si qs vellet ire ad aliquē locū viam ignorans. ꝛ habens paratum qui viā sibi ostenderet:ꝛ ducatum preberet. sed nollet sibi viam ostendi. ꝛ ducatū preberi:imputaret sibi.si quid mali ei accideret. Ergo a simili cum spiritualia pericula sint magis periculosa. Et per consq̄ns magis cauenda. Sequit si qs circa illa negligens fuerit in preuidendo:seu veritatez querendo.merito ei imputat:cum in piculum ceciderit sue damnationis. Nam ideo deꝰ dedit cuilibz intellectū ꝛ rationē:ut querat ꝛ cognoscat bonum a malo.ꝛ verum a falso. qd qui non fecerit:aut per negligentiam:aut per crassam ignorantiam: seu p malicia:vtiq; et penam meretur ꝛ inexcusabilis est. Sic enim dicit Luce.12. Seruus sciens voluntatē dñi sui ꝛ non faciēs:plagis vapulabit multis. Et Aplus.1.Corin.14.ait. Ignorans ignorabit vbi glo.dicit.Qui scire potuit ꝛ noluit:nō veniam sed penam promeret. Et August. Nō omnis ignorans est immunis a peccato. Ille ignorans debet excusari a pena qui a quo disceret non inuenit. Illi autem hoc ignoscī non potuit.qui habentes a quo discerēt opera non dederunt. hec ille. Et Bꝛegorius in moral:ꝛ pōitur.38.di.c.qui ea.inquit.Qui ea que dei sunt sapiunt.a dño sapiunt:ꝛ qui

ea que dei sunt nesciunt a domino nesciuntur.attestante ℣Paulo qui ait. Qui ignorat ignorabitur.hec ille. Ex predictis patet q̄ si iudei ⁊ saraceni errant:talis ignorantia eis est iputanda:erquo si volunt possunt ab alijs de veritate informari:⁊ precipue a deo:vnde si quis viuit fm legem nature diligens deū ⁊ proximum naturali amore: ⁊ deū inuocat quantum potest: vt ei viam salutis reuelet: aut per angelum:aut per aliquā personam: aut per inspirationez intrinsecam tenetur ei deus aliquo predictorum modoz:fm Aler. in.3.parte summe circa finem. reuelare verā fidem:⁊ veram viam salutis: qō vtiq; semp fecit ⁊ facit:proinde ait ℣ppha. Custodit dñs omnes diligentes se.vbi ait glo. Qui deum naturaliter diligit:habet deum qui eum in via veritatis dirigit ⁊ custodit. Et Salomō prouer.2.ait. Custodiet rectorum salutem et proteget dominus gradientes simpliciter. Ex qua ratione inuestigatiōis bene patet.q̄ nullus mirari debet de multorum infidelitez dānatione. Erquo viam veritatis nolunt inuestigare. ¶ Tertio insuper probo rōne opationis naturalis:q̄ nullus mirari debet de multitudine dānandorum. Fundamentum rationis ponit phs.4.ethic.di. Qualis vnusquisq; est:talia naturaliter vult: talia loquit ⁊ talia operatur.hec ibi.patet hec regla. Mā armiger loquitur de factis armorum:⁊ exercet se in eis. Similiter medicus loquitur de medicinis. Agricola vero de agricultura:⁊ se in eisdem exercent: nec miratur aliquis de hoc q̄ sic faciunt: sed magis miratur de hoc q̄ ignis calefacit: sol illuminat: ⁊ huiusmodi quorum cause sunt ignote eis. Quo presupposito certum est:q̄ deus naturaliter est iustus:⁊ iustitiam diligit.dicente ℣ppha. Justꝰ dominus ⁊ iustitias diligit. q̄si sic est. ergo mirandum non est:si iustitia dei eos qui sibi sunt inobedientes ⁊ rebelles punit ⁊ dānat imo erquo tantā multitudinē creauit ad finē beatitudinis:debet q̄q; mirari diuitias bonitatis suc:pro eo q̄ tante multitudini tot et tanta contulit bona in hoc mundo: cū tamē preuideret eos omnes futuros malos: cum etiam fm Angelum.peccatez non sit dignꝰ pane quo vescitur. Nullus ergo de talū dānatione miretur:non enim miraretur aliqs si dominus aliquis felle poraret seruum qui ei fellis potum dedit. Sed miseri infideles ⁊ peccatores dant deo cibum fellis: cum eum peccatis suis offendunt. dicente ℣ppha in persona dei. Dederūt i escam meam fel:⁊ in sitim̄ea potauerunt me aceto. Ex predictis ꝯtribus rationibus patet qualiter non est mirandum si deus tot dānet:erquo dānantur ex demeritis infidelitatis:atq; peccatoz suoz

¶ Tertio postremo etiam probo similiter qualiter nullus mirari debet de tanta multitudine dānatorum. Sicut enim videmus q̄ nullus miratur:si hoc aliquis metat quod seminat:imo potius miraretur de oppositō. Sic certe a simili multo minus mirandum est si peccatores ⁊ infideles metūt mala post mortem. Erquo peccata ⁊ infidelitatem seminauerunt in vita presenti. Eccle.7.dicit. Noli facere mala:⁊ non te apprehendent:. Et ibidem dicitur. Non semines mala i sulcis iniustitie:⁊ non metes ea in septuplum:. Denuq; Apostolus ad Gal.6.concludit. dicens. Que enī seminauerit homo.hec et metet:qm̄ qui seminat in carne: de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam. Ex pdictis igitur omnibus patet tertia satisfactio: q̄ vt nullus mirari debet si necessario dānantur omnes qui sunt extra vnam solam ⁊ veram fidem:⁊ per consequēs etiam patet tertia excellentia ipsius sacratissime fidei:qua necesse est credere ⁊ tenere:q̄ simpliciter sit vna sola ⁊ vera fides:⁊ non plures. In qua saluantur quicūq; saluantur. In qua vnica fides nos omnes bene viuere faciat dñs noster Jesus xp̄us:q̄ in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Feria scōa post dñicam quadragesime de quarta excellentia ipsi⁹ sacratissime fidei que dicitur excellentia veritatis.

Respice:fides tua te saluū fecit. Luc.18.ca. I euāgelio preterite dominice. Postq̄ fidelissimi cuncs sufficienter declarauimus tertiā excellentiam sacratissime fidei: in qua monstratum est:qualiter necesse est tenere: q̄ simpliciter sit vna sola vera fides ⁊ non plures: in pñti sermone habemus declarare ⁊ valde quartam excellentiam ipsius beneficte fidei que dicitur excellentia veritatis vnde cū pō-

suppositum sit:q̄ simpliciter inter omnem fidem est vna sola salutifera fides:habemus videre que sit illa vera fides ⁊ salutifera iter omnes ⁊ ab omnibus tenenda:vtputa hēm⁹ videre:an sola fides Christianoz̄ sit bona: seu sola fides iudeorum:seu etiam sola fides saracenorum atq; turchoz̄. Et sic breuiter dico q̄ sola fides bona:vera:optima:atq; salutifera:nec non ⁊ ab omnibus tenenda:est fides christianorum sanctissima:in qua sola: ⁊ non in aliqua altera omnes saluant̄ gēq; saluantur. Et hec conclusio ꝓfecto debet cē maxime gaudij:leticie:atq; cōsolationis:apō omnes christianos:cum tm̄ ipsi soli in statu sint vere fidei ⁊ salutis:⁊ insuper ipsi soli pñt deum verū colere:vere diligere:⁊ eidem vere seruire. Et q̄ sola christianorū fides vera sit ⁊ salutifera:⁊ non altera.12.validissimis atq; fortissimis argumentis clarissime ⁊ apertissime demonstro. ¶ Quorum p̄mum dicitur argumentum testificationis. ¶ Scōm dicitur argumentum subiugationis. ¶ Tertium dicit argumentum obiectionis. ¶ Quartum dicit argumentum reuelationis. ¶ Quintum dicit ordinationis. ¶ Sextum dicitur completiōis. ¶ Septimum dicitur tolleratiōis. ¶ Octauū dicitur intransmutationis. ¶ Nonū dicitur argumentum confirmationis. ¶ Decimum dicitur argumētū disperſiōis. ¶ Undecimū dicitur argumentū opinionis. ¶ Duodecimū dicitur argumentum durationis.

¶ De.12.argumentis quibus ostenditur q̄ sola fides christianorum est vera ⁊ salutifera

Primū igitur argumentū quo ondit solam fidem christianorum cē veraz ⁊ non alteram dicitur argumentum testificationis. Clarum est enim sicut experiēntia docet:q̄ si aliqui testes nolunt de aliqua re testificari publice:sed tm̄ secreto falsi cent. Sed si testificantur in iudicio de aliqua re: eis omnino ab omnibus fides certa adhibet propter quod cū fides christiana habeat veras ⁊ quasi innumerabiles testes super oēm aliam fidem ⁊ legem:mandatū est quod cadē christiana fides seu ler verior est ⁊ certior alia fide ⁊ lege. Quibus testibus fidei:seu legis christiane. Triplici ꝓcipue respectu plena ⁊ certa fides:omnino ab omnibus est exhibenda. ¶ Quorum primus dicitur respectus plurificationis. ¶ Scōs dicitur respectus cōcordationis. ¶ Tertius dr̄ respūs scificatōis.

¶ De triplici respectu quo fides adhibenda est testibus fidei christiane. Et p̄mo de p̄mo.

t spicibus: a bestijs t arboribus:t a multiplicibus herbar t germinū terre cūctarūq; creaturarū misterio nobis successiue per sua tempa ministrantiū:ut alleues fastidiū qualia queso t q̄s magna t innūcrabilia sunt illa bona que preparasti diligētibus te: in illa celesti p̄ria: vbi te videbimus facie ad faciem Si tanta nobis facis in carcere:quid agis in palacio. Magna t innūcrabilia sunt opera tua dñe rex seculoꝝ:t cuꝫ hec sint oia valde bona t delectabilia:que bonis pariter t malis tradidisti:qualia queso futura sunt que solis bonis recondidisti. Si tam innumera t varia donaria nūc amicis tribuis pariter t inimicis:q̄ magna t innumerabilia : q̄ dulcia t delectabilia sunt que solis tuis amicis clargiturus es. Si tam solatia offers in hac valle lachrymaꝝ:q̄ dabis in die nuptiaruꝫ. Si tot infinita delectabilia continet carcer:q̄ta queso p̄tinet patria. Oculus nunq̄ vidit:nec auris audiuit: nec in cor hominis vnq̄ ascēdit:que preparauit deus diligentibus se. ſm enim magnā multitudinē magnificētie tue:ē t magna multitudo dulcedinis tue. Et quia magnus es t imensus:nec est finis magnitudinis tue:nec est numerus sapientie tue: nec est mensura benignitatis tue:sic nec est finis neq; mensura:neq; numerus retributionis tue. Sed sicut magnus es tu ꝓfecto magna sunt t donaria tua:qm̄ tuipse solus es donū t premiū oium legitimoꝝ pugnatoꝝ tuoruꝫ atq; oium diligentiū te.hec ibi verba. ¶Tertio hoc idem probo rōne pregustationis. Fūdamentū rationis ponit pbs.ꝑmo de aia.di. Accidentia magnā partē cōferūt ad sciendū qđ gd est. patet hec regula. Nam medici ex accidentib⁹ que veniūt in corpore egroti. deueniūt in cognitionē quidditatis: seu causaꝝ infirmitatis eius.Similiter iudex ex accidentibus que plerūq; fiunt in corpe furis. prout est palescere:obmutescere:t hmōi.vēit ad cognitionē furti quod fecit. Similiter ꝓbatum est ex sanguine iam diu coagulato egrediente a corpore mortui vel occisi: cognoscitur in transitu hominū:qui ipsi⁹ occisi fuerit homicida. Quo p̄suppositō:certū est q̄ in p̄ti vita p̄sonis sanctis t deuotis.plerūq; deus infundit quasdā spūales delectationes: q̄ magis aiaꝫ lerificant:q̄s simul oēs delitie mundanc.ut nemo citius illas p̄eligerent infinitis mundis atq; thesauris:qđ patet de Magdalena : que t si experta fuisset quasi omne genus mundanarum delectationū.quia ut dicitur Matthei vltimo. Dominus expulit ab ea septem demonia.i.ſm Gregoriū. Omnes delectationes peccatorum mortaliū:ita men ut haberet in eius legenda prefatas delectationes abhorrens. post ascensionez domini triginta annis stetit in deserto:in quibꝰ nec vnq̄ bibit:nec vnq̄ manducauit aliquid materiale.nec insup accepit etiā mundanam ac corporalez delectationē. ¶Pretermitto delectationē filiorū israel:q̄s a deo dum in deserto essēt habuerūt.De qua Salomō Sapiēn.16.sic ait.Angelorū esca nutriuisti p̄plm tuū:t paratū de celo panez p̄stitisti illis: sine labore oēm delectamentū in se habentem: t ois saporis suauitatē. Substantiā enim tuaꝫ t dulcedinē tuā quam habeas in filios ostēdebas:t deserviēs vniuscuiusq; volūtati ad q̄ quisq; volebat conuertebat.hec ille. Hoc idē dico de ceteris sanctis noui testamenti. Si igitur tam inenarrabilis est felicitas accidētalis,ꝓcedēs p infusionē gratie ab ipso deo: ex hoc quisq; arguere potest.q̄ multo pꝛ⁹ in infinitū erit maior delectatio t felicitas animabus in patria ex visione diuine substantie:q̄ fuit causa tam ingentis delectationis in hac vita.Taceo de dulcedine martyrū qui ꝓpter habundantē leticiam infuse gratie.martyrij penas nō sentiebāt:imo amara martyria in quandā inextimabilē leticiam cōuertebant. Sic enim ecclesia testat de Stephano ꝓtomartyre.Lapides inquit torrētes illi dulces fuerunt. Similiter t Icuita Laurētius tyranno dicebat.Disce miser:q̄ carbones tui mihi refrigerīū prestant.q̄ si sic fuit in hac vita etiā in amarissimis tormētis:quid arguēdū est in futura:in qua nulla:nec minima erunt tormēta.An nō ſm pbum ꝑmo de generatione t cor.t ꝑmo ¶Physicoꝝ. Substantia ceteris paribus. melior est quolibet accidente. Si igit̄ propter accidētalez delectationē que datur in hoc mūdo:rōnalis anima delectationes infinitoꝝ mundoꝝ dato q̄ cēt superemineant:quid queso credis anima est habitura:quādo ipsam substātiā t diuinā cētiā a qua omnis accidētalis delectatio egredit libere possidebit? An non maior inuenit perfectio in ipso fonte q̄s in riuulo? Et est certuꝫ q̄ sic. Hinc est q̄ Hieron. in quadā epistola dicit.Si dulciores in hac vita sunt lachry

me penitentiū:q̄s simul omnes delicie diuitum:quid queso futurū est in celesti patria in qua nō lachryme sed radij plene dulcedinis apparebūt.hec ille. Et Aug.in quodā sermone. sic ait.Tanta est dulcedo future glorie:q̄ si vna gutta in infernū destillaret:totam dānatorū amaritudinē dulcoraret.hec ille. Hic replicare potes si vis exemplū beati p̄ris nostri Fr̄ancisci:de delectatiōe quā habuit et melodia citharе: qđ exemplū habes in hoc quadragesimali. in primo sermone in fine partis principalis. Libet equo tāta erit in celesti patria delectatio aie seipsam vincētis preamore et dare.O dulcedo ienarrabilis.o delectatio inextimabilis.o felicitas immēsa.o beatitudo ꝓfunda.o merces inexplicabilis eterne patrie.Quis te būana lingua exp̄mere possit qui se omnes passiones suas in hac vita non superabit t vincet:et quo meredem suscipiet omni lingue inenarrabilē. ¶Quarto etiam probo ratione obiectionis:q̄.s. anima se vincens t superans:inextimabilē gloriaꝫ est habitura. Fundamentū rationis ponit pbus secūdo de anima.et.10. Ethicoꝝ.di. A propō obiecto potētia simpliciter recipit suaꝫ perfectionē:patet hec regula. Cum cuiꝫ obiectum visus sit color:seu corpus coloratū. prout dic pbus secūdo de anima.certū est q̄ si aſi oculos poneres omnes melodias:sonos:t cantus diuersoꝝ instrumentoꝝ: nunq̄ quiesceret eorum appetitus.t ratio est:quia propriū obiectū non habēt. Econtra vero si eis preponas pulcherrimā figurā: seu imaginez:vel speciem alicuius mulieris formose:seu adolescentis:vtiq; recipient et hoc maxime delectationem. ¶Per oppositum autem:si preponas auribus omnē pulchritudinem mulierum:nullam ꝓpter hoc delectationez suscipient.Q̄ si eis ante ponas melodias diuersorum instrumētorum:summe quiescent t delectabūtur in illo sono et cantu. Similiter cum obiectum gule sit cibus t potus. si eis ante ponas pulchritudinem omniū mulierum:atq; imaginū:t similiter omnē melodiam instrumētorum:nullam ꝓpter hoc delectationē suscipiēt. Ecōtra si ante ponas bonā vernantiā t maluasiam:optimosq; capones:t huiusmodi.contentabit valde et delectabitur in eis. Quo p̄suppositō:peto q̄ sit simpliciter obiectum immediatū rationis anime.t certum est ſm Ricar. in quarto distinctione.49.articulo secundo.quest.tertia et ſm Thomam ꝑma secūde.quest.tertia. articulo octauo.q̄ est solus deus et creator omnū creaturarum. dicente etiam Augustino. ꝓut recitat magister secūde distinctiōe ꝑma. Creauit deus in creaturam rationalem. tē. q̄ si deus solus est simpliciter obiectum humani intellectus. ergo impossibile est: q̄ intellectus ipse possit vnq̄ beatificari in omnibus creaturis q̄ sunt t que a deo creari possent. Sed simpliciter oportet : q̄ beatificetur in deo tanq̄ in proprio obiecto. Q̄ confirmans Augusti.libro confes.dicit. Fecisti nos domine ad te t inquietum est cor nostrum nisi requiescat in te. et idem Augustinus libro decimo de ciuitate dei. Allegans sententiam ¶Plotini philosophi dicit. Tam delicata est diuina visio totoq; amore dignum. q̄ quicquid haberi possit:ea non habita.faciat hominē miserum non beatuꝫ.hec ille. Et cōfirmatur ista rō.clarum est enim q̄ obiectus intellectus est vniuersale verum:t obiectum voluntatis vniuersale in quid:non habet esse nisi ſm q̄ est in anima cuius est obiectum. Et philosophus primo ¶Physicoꝝ dicit. Vniuersale ſm intellectus est notius particulare vero ſm sensuꝫ. Vnde dicitur cor. vniuersale est dum intelligitur.hec ibi. Et etiam secūdo de anima dicit. Vniuersalia sunt in anima:singularia vero extra animā. Q̄ etiam confirmās Thomas prima secūde. questione secūda. articulo vltimo. in corpe questionis. dicit.Sicut obiectum voluntatis sic appetitus humani est dupler.scilz bonuꝫ particulare ſm sensum.t vniuersale ſm voluntatem.sic dupler est obiectum intellectus scilicz particulare quod consistit in sensu: et vniuersale q̄ consistit in intellectu:q̄ est verum.hec Tho.verbaliter. Hoc igitur concesso.q̄ scilz vniuersale bonum est obiectū voluntatis.Certū est q̄ vniuersale se extēdit ad infinita. Sic enim pbs ꝑmo ꝑiermenias. vniuersale inquit est aptum natum predicari de pluribus etiam infinita.q̄ si vniuersale se extendit ad infinita:necesse est ergo illa infinita bona particularia inuenire:et precipue in ipsa beatitudine . quia ut dicit philosophus primo ¶Posteriorum.Quecumq; inquit vniuersalia sunt:ex necessitate insunt rebꝰ. quia ex veris semper sequitur verum. Hec ibi. Et ibi dicit.Cognoscēs vniuersale cognoscit

Universidad de Deusto
Biblioteca

particulare in re. Quibus ꝑmissis erquo ob iectū voluntatis beatificatiuū est vniuersale bonū.r vniuersale extendit se ad infinita.cōcludit necessario q appetitus nunq̄ posset satiari in creatur:etiā si eēnt q̄si innūerabiles r ratio est.q: illud esset bonū ꝓiculare. necesse est igit q satiet in deo:in quo vniuersaliter sunt oia bona desiderabilia ipso dicēte Aldoi si Exod.33.Ascende ad me in montē r ostēdam tibi omne bonū. Jn hoc igit q dicit oē bonū: includit terminū vniuersalē. q cū in se infinita bona cōplectatur.ideo ipossibile ē illa exprimere.r propterea Boetius beatitudinē diffiniēs eā diffinit sub termino vniuersali.di.ꝑsa scōa.3.li. Liquet beatitudinē cē statū oium bonoꝝ aggregatione pfectū.Quam insup rationē Bonauē.in.4.di.49.ꝓfirmat di. Quicqd potest intelligi r cogitari: pōt appeti r desiderari:r qcquid desiderat totū requirit ad hoc ut hō beatificet.hec Bonauen. Cui adherens phs.6.Ethi.dicit. Affirmatio r negatio sunt in intellectu. et qō intellect⁹ affirmat bonū.hoc totum appetitus desiderat. Quo cōcesso: q oē bonū qō intellectus pōt intelligere volūtas id vult.r pōt desiderare r totū id bonū. debet dari anime ut gesçat et contentet. Ecce q intellectus me⁹ vel alter⁹ potest intelligere mille mundos pulchriorīs isto specici:quos si volūtas appetit.oportz q deus ei det ad hoc ut btificet aiam illā. Ecce q iam habeo mille mūdos. vlterius dico ut breuiter loquar q intellectus me⁹ pōt intelligere:quasi innūerabiles mūdos seu angelos pfectiores in sua specie bis qui mō sunt. quibus intellectis: si voluntas mea ipsos appeteret.oportet q deus ei det ad hoc ut beatificet.Clarū est autē:q omnes sancti r scē sciūt hoc.s.q deus potest creare infinitos mūdos r angelos plusq̄ creauit cū sint pfectiores scientic:q̄s etiā omnes thcologi pfitis vite.quia ut dicit ꝑmo Corinth.13. Et parte cognoscimus.rc.tunc vltra q̄ro aut bti appetūt r volunt:q deꝰ det eis tot mūdos r āgelos quot desiderari possunt:aut nō volunt: aut si volunt deus nō det eis.certū est: q sunt in motu:r p consequēs carent quiete. r sic nō possunt esse felices cū felicitas. ut dr.io. Ethico. Simpliciter consistat in quiete appetit⁹. Sz certe sancti in celesti pria felices sunt.q si felices sunt:ergo habēt quietē r qcqd volunt. Si habent ergo qcquid volūt:non curant q deus det eis illos mūdos r āgelos infinitos cū habeant aliqō bonum:quod maius est.q̄ esset bona oium illoꝝ angeloꝝ: sicut etiā qui habēt optimū vinū ad bibendū: nō curāt de aceto.r qui habent panē de frumēto:non curant de pane milij.r qui habēt fasianos:gallices:coturnices:nō curāt de carne porcina:sicut porcoꝝ. Et quib⁹ omnib⁹ accipe corelariū: q si tot bona debet ꝑsona habere:quot intellectus pōt intelligere:r volūtas velle: r appetitus appetere:ad hoc ut beatificet. clarissimū est q impossibile est alicui exprimere id bonū q daturus est deus aic: passiōes suas in hac vita vincenti.q fiquis diceret.ecce q voluntate cupio esse deꝰ:r tū deꝰ mihi hoc non prestat.rūdet phus.3.Ethi.di. Electio r voluntas differunt:q: volūtas est i possibiliū: ut immortalitatis. Electio autē nō: sed tantū eoꝝ que p rationez quis extimat se habere posse hec phus.Cum igit non cadat sub ratione:q simplex homo et creatura efficiat deus r creator:ergo recipe. Quinto deniqz hoc idem probo ratione resolutionis. Fundamentū rationis ponit phus.8.c. Ꝑbificoꝝ.di. Finitus nullū⁹ pōt infinitū cōprehēdere:cū in ipsis nō fit ꝓportio. Quo cōcesso:certū est ꝑm Bona. in.4.di.49.r Ric.abidem.q beatitudo obiective est quoddā bonū increatū r infinitum. q si sic est:peto o grāmatice seu logice resolvas mihi hunc terminū infinitū:r dic qd significat. Rūdebis ꝓfecto q infinitū. Jdē est q non finitū. si accipias igit omnes gutas aque maris:r vellis compare gradibus eternc beatitudinis.certe illa grana.non crūt q̄si vnū granū.r ratio est:q: nullū finitū cuz aliquo infinito proportionatuz est. Similiter si omnes boies mūdi essent abadisse: r a principio mundi vsq̄ nūc semp numeros cōputassent:dico q nō oēs illi numeri comparāte graduū felicitatis eterne nō essent vnus numerus. O igit magnuz bonū.o magna felicitas.o magna gloria. o magna merces.o deniqz magna beatitudo:que nullatenus finiri potest:r que nullā potest habere cōparationē. Quis cni ꝓo te habenda.ꝓo te acquirenda ꝓo te ꝑpetuo possidenda:nō vincet scipsum in hac vita:r simul oēs concupiscētias atq̄ passiones inordinatas sue carnis. Et predictis igitur gntupliciter rationib⁹ clarissime visum est qualiter magnitudo premij:r mercedis quā deus daturus est aic būti victoriam

de passionibus suis nullatenus potest explicari. Tertio r postremo hoc idez probo relationibus: r ꝑma est Aug.quā idē sanct⁹ Augustinus recitat in quadam epla quā scribit ad Cirillum cpm Jerosolimitanū. Que reuelatio ponit etiā in transitu sancti Hieronymi:vbi sic habet. Cum cnūn semel ipse Augustinus appeteret scire specialiter r prece quanta foret gloria r felicitas vnius aie saluande:cogitauit sup hoc rescribere beato Hieronymo q tunc erat a remotis:r postq̄ scripsisset in sua cella vel camera salutationē Ecce q in sua camera apparuit quedam lux septem vicibus sole splendidior:de qua inestimabilis odor r mirabilis suauitas egrediebatur:qua visione perterrit⁹. Augu.nimia debilitate visus deuictus:cecidit prostratus in terram:qui statim audiuit vocem de illa luce egredientem sibiqz dicentez: o Augustine frater mi karissime. Noli timere ego sum fr tuus Hieronym⁹ qui in hac hora in betlēē carne solutus migraui ad celum. Sed q̄s scribis ad me que r quāra sit in specie futura gloria vnius anime:peto a te:nūqd possibile est q tu numeres omnes stallas celi:qui ait non. Jteꝝ:nunqd possibile est q totum mare in paruo vase concludas. Rūdit non. De niqz dixit nunqd Augustine possibile est q totū mundū in vno pugillo restringas seu accipias:qui etiam respondit non. Tunc igitur dico: o Augustine q magis possibile tibi est q numeres omnia sidera celi. q totuz mare in paruo vase concludas:qōq̄z simul totum mundum in vno pugillo restringas: q̄s possibile tibi sit imo cūctis hominibus mundi. q minimā partem futurre glorie: que datur sōli anime virtuose a clemissimo deo exprimē possis. Excedit enim illa gloria omnē sensū atq̄ omnem intellectum humane mentis:r nisi ego expertus essem:ꝓfecto non credidissem. Sed cuenit mihi r cunctis per filitudinem:qō contigit regine Sabbe: de qua habetur.3.Reg.io.que cum audisset magnalia de triumphis r sapientia Salomonis:dum curiam pueniſſet:r hec omnia ꝓprijs oculis prosperissēt:inuenit q magnalia Salomōis erāt quasi vt sic dicam in infinitum maiora q̄s audisset r credidisset. Noli igitur scribere Augustine quāta ꝑcise sit gloria illa:qm tps perditiōis est:fac bene r studeas operari bonum:r in futura vita cōprobabis:sicut r ego que tibi predixi verissima esse. Quib⁹ dictis disparuit:r Augustinus respersus maxima lacrimaꝝ dulcedine:ab inde in posteꝝ adhuc feruentius se habuit in diuinis mādatis:oratione:r caritate. Qua visibili r sensibili reuelatione apparet:qualiter futura merces que anime virtuose dat inenarrabilis est. Aliaz r quasi similem reuelationē sicut legit ibidez Augustinus habuit. Qui cum vellet scribere librum de trinitate dei:in quo etiam magnalia tractat de sanctoꝝ glia. Ecce q apparuit ei quidam paruulus infans apud mare cum cocleari in manibus:habēs capillos sup humeros suos quasi crispos r deauratos: q frequentabat cum cocleari ponere de aqua maris in quodam foramine paruo: qō videns Augu.r cum interrogans dixit.o filij cur sic frequentas extrahere aquā de mari: q rūdit quia eam totam in hoc paruo foramine reponere volo:qō audiens Augu. cepit ridere de paruuli innocentia:r dixit. o filij nequaq̄ hoc possibile est nec tibi nec alicui. Tūc viua voce ille paruulus dixit:o Augustine facilius est mihi r possibilius totum hoc mare magnū in hoc paruo foramine reponere seu cōcludere:q̄s tibi possibile sit vel minimā guttā seu stillam future glorie animabus bonis a deo dande diffinire. Quo dicto statī disparuit:r tūc cognouit q fuerat dñs Jesus: qui in formam paruuli inestimabilē sanctorum gloriam sibi voluerat reuelare. Ex predictis igitur auctoritatibus:rōnibus:atq̄ reuelationibus patet tertia contemplatio de victoria bonitis cōtra mundum:diabolū:r carnem in qua monstratū est qualiter futura merces quā anima passiones suas vincens habebit vtiqz inenarrabilis est. Et per cōsequēs etiā patet ꝑma nobilitas de gnta excellentia sacratissime fidei:que dicitur nobilitas triumphatiua:quē triumphum r inestimabilem mercedem r gloriam:vobis r mihi concedē dignetur triumphator mūdi:carnis:atq̄ diaboli:nec non r remunerator omnis humane victorie: dominus Jesus crucifixus: qui in vnitate vnius trini r vni viuit r regnat deus in secula seculorum. Amen.

Feria quarta post ꝑmam dominicā quadragesime iterum gnta excellentia.vz de nobilitate ipsius sanctissime fidei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Generatio pza
s quaꝛ adultera signū querit ꝛ signū non dabit ei nisi signum Jone,pphe. Scribunt .b. verba Matth.12.c.in cuāgelio occurrentis feric. ¶Post sancti cuangelij litteraliē ꝛ spiritualē expositionē fidelissimi ciues erquo vt clarui hesterna die declaraui de.5.excellentia sacratissime fidei. vꝫ ei⁹ nobilitatē triumphatiuā:in qua ostensuꝫ est qualiter sacratissima fides triumphat.i.victoriam reportat de mūdo:carne:atqꝫ diabolo. habeo hoc manē ꝛ in pñti sermone similiter declarare scōam eius fidei benedicte nobilitatem:valde ,pfecto vtilem: mirabilem: atqꝫ delectabilem:cuius declaratio talis erit.

¶ De scōa nobilitate sacratissime fidei: que dicitur extractiua.

Secunda nobilitas sacratissime fidei dicit nobilitas extractiua. Vltra predictam nobilitatē sacratissima fides gaudet hoc ꝓuilegio:ꝙ ipsa extrahit virtutes suas simpliciter a rebus inuisibilibus: ꝛ non ab aliquo sensibili seu visibili obiecto. vnde glo.super verba ¶Pauli.2.ad corin.io.c.vꝫ cō similia destruentes:ꝛ oēm altitudinē extollētem se aduersus scientiam dei:ꝛ in captiuitatem redigentes oēm intellectū vestrū in obsequiū Christi: sic ait. ¶Magna est dignitas ꝛ inestimabilis virtus fidei Christiane: que super oēm humanuꝫ sensum captiuare facit sine vlla actuali experientia totum intellectū in obsequium Jesu xp̄i.ħ glo. Et qñ multi etiam xp̄iani tāqꝫ quasi infideles sepius dicunt.o valde dure est certe ꝙ fidem Christi tenemus:cū Christū non viderimus. Si enim Christum actualiter ,ꝓpijs oculis viderem⁹ quēadmoduꝫ ꝛ apostoli vidisse dicunt:vtiqꝫ faciliter in eum crederemus. Aduertāt tales profecto ꝙ sūt filles pfidis iniquis atqꝫ infidelibus phariseis:qui licet in hodierno cuāgelio habetur:dato ꝙ cū viderent:nequaqꝫ credere volebant:sed magis vt crederent signa visibilia fieri de celo postulabāt:ꝛ iō dico ꝙ etiam ipsis apostolis xp̄m visibiliter cernentibus:ita fuit difficile in xp̄m credere:ꝛ fideꝫ habere:sicut ꝛ nobis fides de ipso xp̄o nunc nobis inuisibiliter difficilis apparet: qñ fides vt melius apparebit non ,pgredit ex aliquo visibili obiecto:sed simplr ex inuisibili. ¶Probuius nobilitatis declaratiōe in forma ꝙ

petit:quō an aliquis habitus fidei possit haberi i intelligi seu acquiri simplr per aliquod obiectū sensibile seu visibile: sicut acgrauit habitus aliaꝫ sciaꝫ:seu sicut potentie sensitiue acgrunt obiecta sua.circa quā.q.tria ,ponno. ¶Primo rōnabilez oppositionē. Scōo verā cōclusionē. Tertio debitā interruptionem. ¶Primo ,ponо circa dictā qōnem. rōnalem oppositionē vt sic fm pōm. Opposita iuxta se opposita magis elucescunt. Et videt ꝑmo ad qōnem ,ꝓpositam:ꝙ aliqs habitus fidei acgratur ex aliquo visibili obiecto ꝛ hoc ꝑmo diuersis argumentis. Certum est enim ꝙ credere filiū dei incarnatū:ꝛ credere ipsum resurrexisse a mortuis:est qdam habitus fidei. Quo ꝓsuppositо:certū est ꝙ ipse xp̄s Jo.20.dixit Thome. Quia vidisti me Thoma credidisti. Sed cū Thomas vez habitū fidei habuerit de dño Jesu:quē vidit simul ꝛ tetigit:ergo videt ꝙ simul de eodē cēt i Thoma habitus fidei interior ab exteriori visione ,precedens. ¶Preterea.ꝑme Jo.1.dicit. Dō vidimus ꝛ audiuimus ꝛ ꝓspexim⁹:ꝛ manus nre ꝓtractauerūt de verbo vite. quo ꝓsuppositо si de verbo vite:si ,ꝙ qz hēbant apli fidē.i.de xp̄o:ꝛ de eodē hēbāt sensibilē cognitionē:vt idē ꝙ ꝑus.vꝫ ꝙ habitus fidei aplox a sensibili obiecto erat acgsit⁹. ¶Preterea certū ē ꝙ apli viderūt xp̄m patientē ꝛ i celū ascendē. Quo etiā ꝓsuppositо:certū est ꝙ xp̄m fuisse passuꝫ ꝛ in celū ascēdisse:sunt articuli fidei. Si ergo aplī habū fidei ꝛ meritū quātū ad hos articulos habuerūt:vt ꝙ circa idez fuit hic⁹ fidei ꝛ visio exterior. ¶Preterea aplis ille ad corin.13. ait. Videm⁹ nūc ꝙ speculū in enigmate.ꝛ legit ibi de cognitōe fidei. Quo ꝓsuppositо arguit:ꝙ illud qō credit ꝙ ꝑ ꝑus videat. ¶Preterea glibet sensus ,put dicit Aug.li.de verbis dñi Visus nojat. Sz cū fides sit de auditis.fm illud Ro.10. Fides ex auditu. ꝓcludit ꝙ ꝑus ꝙ fides sit de reb⁹ visis. ¶Postremo manifestū est ꝙ btā virgo sensibili experimento nouit se ꝓcepisse de spū scō absqꝫ viri cōcubitu:sz ¶stat ꝙ ꝑp ꝓceptōez filii dei nihil deptū ē fidei sue ꝙ fil'in ea ꝓstabat cognitio fidei:ꝛ cognitio sensibilis experimēti. Er ꝓdictis articulis seu rōibus:vt ꝙ hic⁹ fidei fil'possit brī:seu acgri ab obiecto sensibili. Scōo ēt ,ꝑbo cē ꝓdictaꝫ qōnez suā verā ꝛ catholicā ꝓclusionē:in qua ꝓclusione ꝙ ꝗtuor oñdo:ꝙ obiectū hic⁹ fidei

nō sit de aliquo visibili obiecto. ¶Primo ,ꝙ batur auctibus. ¶Scōo rōnibus. ¶Tertio distinctionib⁹. ¶Quarto ,ꝑbat figura ꝛ crēplo

¶Primo,ꝑbat auctibus.vꝫ ꝙ hitus fidei nō est de aliquo obiecto apparenti. Nā Greg. in quadā omelia paschali dic. Apparētia fidē nō hāt:neqꝫ ea que videm⁹:sed solū agnitōez Aug.etiā de fide ad ¶Petrū ait. Fides ē credere qō non vides.ꝛ alibi dicit. Fides ē virtus qua credunt ea que nō vident. ¶Scōo hoc idē ,ꝑbo triplici rōne. ¶Primo difficultatis. ¶Scōo rone euacuabilitatis. ¶Tertio rōne diuersitatis. ¶Primo ,ꝑbo rōne difficultatis.vꝫ ꝙ hitus fidei nō sit de obiecto visibili. Fundamētū rōnis ponit ꝑbs.2.etbi.di. Virtus ¶sistit circa bonū ꝛ difficile.ꝛ ibidez dicit. Virt⁹ ars sunt circa difficiliora. Quo ꝓsuppositо:certū est ꝙ credere qō hō videt oculis exteriorib⁹ hoc est facile ꝛ necessariuꝫ: ꝛ ꝙ ꝑ ꝑus vbi nulla est difficultas ibi nulla est virtus. Nam fm Thomā in quolibeto triplex est potentia. Quedā est que cogit a subiecto sicut potentie sensitiue corporis:que cogunt a subiecto aie ad faciendū oē ꝙ voluntas vult. Quedā ē potētia q̄ cogit ab obiecto sicut potentia intellectiua: que cogit a suo obiecto:ꝙ est vez.vñ cū ,ponit intellectui aliq veritas:vtpura oē totū est maius sua parte: seu oē qō mouet:ab alio mouet:statim intellectus cogit credere veritatē illā. Quedā denigz est potentia que nō cogit ab obiecto nec subiecto.hec est voluntas:qz si ,ponis ei aliqō albū:pōt voluntas dicere ꝙ est nigrum. His ꝓmissis clarū est:ꝙ si fides sit de obiecto visoꝫ in hoc nihil sit difficultatis:imo cū in hoc sit quedā coactio ꝛ necessitas ad id credendū:,pfecto talis fides que ꝓsentit volūtaria nequaqꝫ erit virtus:ꝛ per ꝑs non erit deo grata:nec ,ꝓpio subiecto meritoria:dicēte Marcello papa.10.q.j.c.illud. Satis inquit i utile est:vt coacta seruitia dño prestēt. Et.25. q.6.c. Jam vero.ħ.ex his.dr. Ad bonū gsqꝫ inutilr cogit:cū oē⁹ aspnat coacta seruitia.vñ cū aplis corinthios ad bonum hortaret.ait.2. cor.9. Vnusqsqꝫ ,put destinauit in corde suo non ex tristitia:aut ex necessitate. Hylarē.n. datorē diligit deus. vñ dat intelligi:ꝙ g inuitus dat:aut bonū facit:ꝛ rē ꝛ meritū pdit. ¶Per oppositū vero:erquo act⁹ fidei siue credendi fm ꝙ ad veritatē est gd difficillimū:ꝛ simplr voluntarū. ꝓcludit ꝙ ꝑ ꝑus nēcio:ꝙ fides sit virt⁹:ꝛ ꝙ ꝑ ꝑus nō videt ꝙ aliqd possit esse oppositum seu obiectū ipsius hitus fidei.

¶Scōo hoc idē ,ꝑbo rōne euacuabilitatis. Fundamētū rōnis ponit Aug.in lib. de fide ad ¶Petrū di. Visio p̄sic euacuat fidē ꝛ meritū eius:,ꝓpter manifestationē credite veritatis.ħ ille. Quo ꝓsuppositо:certū est ꝙ visio corporalis xp̄i:ita manifestat eius humanitatē:sicut visio i patria eius diuinitatē. ꝙ si sic est: ꝗ sicut fides diuinitatis nō pōt esse circa visum visione gloſa.sic vī ꝙ fides hūanitat non potest esse circa visum visione sensitiua. vel corporali. ¶Tertio hoc idē ,ꝑbo rōne diuersitatis:ꝛ forma istā rōnez iuxta regulam Arist.in.2.topi.p locū a diuisione sic. Certū ē eni ꝙ ois hitus intellectualis:aut est scialis: aut est opinatiuus:aut adhesiu⁹. Quo ꝓcesso clarꝫ est:ꝙ hitus fidei nō est scientific⁹:cū hic⁹ scientific⁹ fm ꝑm.j.poste.ꝛ.6.etbi. sit ꝙ demonstratione acgsit⁹:ꝛ talis hitus meritum nō hāt in fide. dicēte Greg.i quadā omel. Fides nō hz meritū:cui humana rō ꝑbet experimētū. Nec etiā fides est hitus opinatiu⁹ qz opinio fm ꝑm nō est sine dubitatiōe. eꝫ Fides ē sine vlla dubitatōe assentire. ꝙ ꝑ ꝑus igit ꝓcludit ꝙ fides ē hitus adhesiu⁹. Sz sic adherere nō est aliud qꝫ intellectū alicui veritati non vise nec cognite assentire. Igit fides nequaqꝫ ,procedit ab aliquo sensibili obiecto. Er ꝓdictis igit trib⁹ rōnib⁹ pz qualr sanctissima fides ꝑ oēm nāz simplr exhibit veritates suas ab obiecto insensibili ꝛ inuisibili:ꝛ nō visibili vel sensitiuo. ¶Tertio hoc idē ,ꝑbo distinctiōib⁹.ꝑma distinctio ē Bona.i.3.di.24 ar.2.q.1.in cor.q.di. Cū qrit an fides sit de aliquo sensibili obiecto. Rñdeo ꝙ qdā sūt que subijciunt sensui exteriori simplr: ꝛ illa videt clare ꝛ pfecte cognoscē.ꝛ circa talia nō pt fil' ꝛ scī esse hic⁹ siue cognitio fidei cū visiōe exteriori:ꝑ eo ꝙ visio siue cognitio illa:excludit oēm cognitionē enigmaticā. Quedā sūt q̄ sic subiacēt sensui fm aliq1 sui: vt fm aliqd sui lateāt sensuꝫ ipm.ꝛ circa talia bñ pōt fil' ꝛ scī esse visio fm vnū:ꝛ credulitas fidei fm aliū. Visio igit est fm id:fm ꝙ patent res: credulitas aūt fidei est fz id fm ꝙ latēt:ꝛ hoc mō in xp̄o erat:ꝙ corpaliter aplis ꝛ ēt iudeis apparebat fm sensus. fm aūt diuinā nām oio sensui eorum latebat. Et eadem persona est ipostasis fm diuersas naturas simul erat vi sui cognita ꝛ incognita:ꝛ fil' poterat esse visa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝫ credita:ꝫ id est satis facile intelligere si gs attendat:qm̃ circa idē potest esse certitudo et dubitatō ꝑm diuersas nās: ꝫ diuersos respectus:ꝫ diuersas conditiones. Esto enim q̄ ḃ sit xp̃s coꝝ oculis meis:et si visu cognoscam ip̃m esse hominē: nunq̄ꝫ cognoscā tamē ꝑ visum ipsum esse filiū dei. Et iō sicut obiectuꝫ est occultū:oportet q̄ sit aliꝰ habitꝰ ad hoc ut cognoscā ip̃m esse deū:ꝫ hoc est q̄ dñs dixit ℣Petro quando respondit: tu es xp̃s filꝰ dei viui. Caro ait ꝫ sanguis non reuelauit tibi:sꝫ pater meus q̄ est in celis. Concedit igit̄ q̄ fides ꝫ visio possunt esse circa vnū ꝫ eundem q̄uis non ꝑm idem.hec Bonauē.verbaliter Et hac igit̄ distinctione: patet q̄ habitus fidei nequaq̄ꝫ acquirit ab aliquo visibili obiecto:sed solū ab inuisibili.¶Scōꝫ etiam distinctionē ponit Thomas.2.2.q.j.ar.4.dicēs Cum queritꝫ an obiectū fidei sit aliqd visuꝫ ꝫ naturale.Rñdeo dicendū q̄ fides iportat assensum intellectus ad id q̄ credit:exēpli gratia.Dicis mihi papa est rome.Ego autē qui non vidi cū adhibeo assensum ꝑ fidē:q̄ papa sit rome.Sed cū dicit Tho.assensus intellectus. ℣Nota q̄ intellectus dupliciter accipit. ℣Primo ꝓ potētia aīe apta nata intelligere: ꝫ sic dr̄ intellectus potētia. Scōd̄ accipit per habitū quendā primoꝝ principioꝝ: ut vꝫ cuꝫ intelligit entia maxima: ꝫ manifestissima:ut pote.4.Methꝫ.ꝫ ꝑmo de aia.de quolibꝫ ente dr̄ esse vel non esse.i.de quolibet ente ē affirmatio vel negatio.ut exempli gr̄a dr̄ de lapide existente.dr̄ esse lapis ꝫ non homo.scōa maxima de nullo dicit idem esse ꝫ non esse. quia ipossibile est q̄ aliquid sit ꝫ nō sit: sunt alie maxime minꝰ cōes ut in phia:omne totum est maior sua parte.Sunt tertio alie minus cōes:ut his prepositis venio nūc ad hāc intellectus minus cōem.vꝫ.omne animal rationale est disciplinabile: tu es animal rationale:ergo.ꝛc̄. Et sequit̄ ibi Tho.ad litteram. Alicui rei intellectꝰ dupliciter assentit. Uno modo:qꝝ ad hoc mouet̄ ab ipo obiecto:q̄ est nihil per scip̃m cognitū:sicut patet in primis principijs.quoꝝ est intellectus. sicut ut supra dictū est:nihil est per aliud cognitū. sicut patet de cōclusionibus. quaꝝ est scientia. Alio modo assentit intellectus alicui rei: nō ꝛquia sufficiēter mouea ab obiecto ,ppio: sed per quandā electionē voluntarie declinās in vnā partē magis q̄ꝫ in aliā.Et si hoc fit cū dubitatione ꝫ formidine alterius partis erit opinio. Si autē cuꝫ certitudine fit absq̄ꝫ tali formidine erit fides. Illa autē videri dicūtur q̄ per seipsa mouēt intellectū nostꝝ vel sensum ad sui cognitionē vel visionē. Nā intellectus dr̄ videre: cuꝫ intelligit:sicut oculus respectu nobilitatis suę dr̄ gustare. Unde dicet:videte quē saporē habeat cibus iste:inde et nobilitate sua ertrahit ad se famā ꝫ nō virtutē velocitatē aliaꝝ potētiaꝝ. Ideo pbus scōd̄ de aia incepit tractare de visu tanq̄ꝫ de nobiliori potentia. Unde ,ppter hec oia manifestū est:q̄ nec fides nec opinio potest esse de rebꝰ visis: aut ꝑm sensum: aut ꝑm intellectū. hec Tho. verbaliter. Ex hac igitur distinctiōe ꝫ cū precedenti:patet q̄ habitus fidei nequaq̄ꝫ est de aliquo obiecto naturali ꝫ visibili sensibili: sꝫ simpliciter supnaturali ꝫ inuisibili:ꝫ in hoc apparet magna nobilitas sanctissime fidei.

¶Quarto deniq̄ꝫ probo hoc idem vnica figura vel silitudine. Scōm enim ℣fulgentium antiqui de pingebāt fidē sicut ceteras virtutes. Depingebant autē fidē vultu obscuram ꝫ quasi velatā : circa spatulas ꝫ pectꝰ nudaꝫ Lauro coronatā. Septrū in manibꝰ tenentē Sub pedibus duas vulpas habentē:ꝫ in gestu marimā habebat cōstantiam.Quā figuram quidā parisiensis exponit.s.holcot.ꝫ dicit q̄ fides est obscura vultu:qm̃ de articulis et credibilibus nō habet noticiā:sed oia videt p speculum in enigmate.dicit q̄ est nuda circa spatulas ꝫ pectus:ꝫ significat: q̄ fides predicata:non debet palliari ꝓ pabolas ꝫ enigmata:scu per verba obscura ꝫ dissona : ut heretici faciūt:sed clare ꝫ nude tradi. Itē dicit q̄ Lauro coronat. Et significat q̄ fides habet victoriā contra inimicos fidei xp̃ianoꝝ ꝫ contra dyabolū:mūdū:ꝫ carnē.nam victores antiquitus Lauro coronabant. Ideo de martyribus cantat ecclesia.Laureis ditant bū fulgidis. Itē dicit q̄ sceptrū in manibus tenet: quia regina ꝫ impatrix est immo filia eterni regis:ꝫ habet deū ꝓ obiecto: cui tanquam sceptro appodiat:q̄ est signū firmitatis: q̄ fides debet esse firma sine vacillatione ꝫ nihil hesitans:sicut dr̄ Jaco.ꝑmo. Itē dicit q̄ habet vulpeculas sub pedibus ei⁹:ꝓ quas significant heretici quos vera fides subicit:ꝫ pedibus calcat. Itē dicit q̄ in gestu ostendit constantiā : qꝫ significat q̄ fides nunq̄ꝫ deficit vsq̄ ad finem seculi: ꝓ eo q̄ habet firmam

adhesionē circa obiectū veritatis icreate. Et qua ēt figura ꝓ:q̄ bitus fidei simplr̄ ,pcedit ab obiecto obscuro ꝫ velato.i.ab obiecto inuisibili ꝫ nō sensibili.¶Quinto deniq̄ꝫ probo vnico exēplo latronis cū xp̃o a parte dextra crucifixi.s.q̄ fides ēbit veritatē de obiecto nō visibili:ꝫ non sensibili. Nā latro iste lꝫ videt oculis xp̃m sil̄ cū eo crucifixū: tū adorauit eū ꝓ vero deo:qꝝ aliud videbat:ꝫ aliud credebat. Unde Luc.23.dr̄. Vnꝰ aūt de his q̄ pendebant.latronibꝰ blasphemabat eū di. Si tu xp̃s es saluū fac temetipsum ꝫ nos. Rñdēs autē alter increpabat eū dicēs. Neq̄ꝫ tu times deū q̄ i eadē dānatōe es:ꝫ nos qdē digna factis recipimꝰ. ḃ vero nihil mali gessit:ꝫ dicebat ad Jesum. Dñe memēto mei dū veneris in regnū tuū:ꝫ dixit illi Jesus. Amē dico tibi:hodie mecū eris i paradiso.ḃ ibi.sup gbꝰ verbis demōstrās Jo.crisostomꝰ:q̄ latro lꝫ videret xp̃m morientē:fidē tū hēbat q̄ deꝰ verꝰ esset dicit.O admirāda regis mīa:nullū añ latronē iuenies tā cito paradisi repromissionē iuenisse.Non Abraā Isaac Jacob.nō Moyse nō ,ppbas:nō apl̄os. Sꝫ añ oēs inuenies latronē intrare. Cur ḡ latroni potiꝰ q̄ꝫ talibꝰ viris hoc dñs repromisit? Certe ū hoc sūi rōis intuitu actū fuit. Nā crediderūt qdeꝫ illi: sed mō diuerso dīm glic:sicut possibile fuit ituētes. Iste aūt saluatoꝝ nō sup tronū regalem adoraūit:nō in tēplo:nō loquētē de celis: nō p angelos diſparētē:lꝫ cū se ꝫ alio latrone sociatū vidit in tormēto:ꝫ p fidē tāq̄ꝫ si esset in gl̄a adorat:vidit in cruce:ꝫ rogat tāq̄ꝫ sedētē in celis:vidit ꝺdēnatū ad mortē:ꝫ adorat sic dīm suū.O admiranda latronis ꝓfessio:qui nouerūt legē ꝫ ,ppbas cum crucifixerūt:ꝫ tu ignarꝰ hoꝝ adoras crucifixuꝫ.ḃ ille. Ecce igit̄ o fidelis aia huꝰ latronis virtutē marimaꝫ: q̄ licet xp̃m videret morientē: tū ꝑ fidē veluti deū vex adorabat:ꝫ q̄ maius est mortē quā ꝓ peccatis suslinebat:amore xp̃i i corde suo ꝓncipaliter suscipiebat. Et qm̄ multi plerūq̄ꝫ mirāt dicētes. O q̄ꝫ virtutē habuit ille latro q̄ cū cēt plenꝰ pctis:qꝫ tū q̄si ad vnicū verbuꝫ ip̃m est ꝓfessus:grām suā:ꝫ paradisuꝫ ,promeruit.his ego rñdeo:q̄ iō xp̃s ei pctā remisit ꝫ grām dedit:qm̄ septē virtutes in eo vigere ꝫ clare cē ꝓspexit. ℣Prima igit̄ virtꝰ latronis i cruce cū xp̃o pendētis:fuit fides maria . Nā tpe crucifixionis xp̃i excepta sola virgine:ꝫ ꝑter istū latronē nullꝰ in toto mūdo fuit q̄ tūc fidē in xp̃o hr̄et.q̄.s.cēt verus deꝰ ꝫ hōmec ēt ipsi apostoli:q̄ passionis tpe oēs pctō infidelitatis deliquerūt.Nō ,pbat auctas xp̃i Mat. 26.dī. O ēs gdē vos scādalū paticmini i hac nocte i me.sꝫ scādalū est peccatū infideliratis qō ꝓ:et oppositꝫ ꝑ illō Mat.11.Beatꝰ q̄ nō fuerit scandalizatꝰ i me. Hoc idē asserit glo. sup illud Joa.14. Ut cuꝫ factū fuerit credatis ait. In apostolis nulla fides remānsit i passione dñi. Hoc idē testat Aug.20.de ci.dei.c.30 Discipuli inqt xp̃i:spem oēm amiserūt i passione xp̃i:quā i eo hr̄e cepant.ḃ ille. Hoc idē asserit Grego.i4.moza.dī. Apostoli fugerūt qñ mulieres fleterūt:ꝫ tpe passionis: ꝫ postea log de xp̃o poterāt:sꝫ ꝑ fidē ꝫ ogatōeꝫ bonā fiduciā nō hēbant. Et.2.moal.c.43.c.43.ꝫ.12. ait.Apostoli tpe passionis xp̃m negauerunt: ꝫ vitā fidei in eis carnalis amor extinxerat. ḃ ibi.Hoc apparuit i ℣Petro ceteris oibus seruētiorꝫ:q̄ ter xp̃m dñi cē negauit . Et silr̄ de apostolis alijs patuit:ꝫ post resurrectōeꝫ Et si diceret de Magdalena. patuit ēt q̄ nō būit fideꝫ pfectā:pp qō Jo.20.dī.ci xp̃s post resurrectionē.Noli me tangere:nūdū.i.noli me de tuo ascēdi ad patrē meū.i.vt deū me credas:p̄ri meo cēlē ꝑ oia. Et gbꝰ colligit̄ q̄ in negatōe passiui dñi fuit triplex gradꝰ. ℣Primus q̄ oēs fugerūt. Secūs q̄ alig cordis vigore assumpto eū secuti sunt. Tertiꝰ q̄ eo mortuo oēs increduli fuerunt. In ꝑmo ꝛ.ꝫ. gradu fuerūt oēs apl̄i.sꝫ i scōo Jo. ℣Petrꝰ et mulieres. Et sic appet q̄ fides catholica firma et integra in eis nō ꝑmānsit:sꝫ ꝑmānserit integra in btā virgine.,put dicit Alex.de alex i 3.pte.j.q.85. His ꝑmissis dico:q̄ latro tunc tpis supauit in virtute fidei oēs hoies mūdi ꝫ ēt ipsos apl̄os:q̄ vt dixi tūc nullā hēbāt in xp̃o fidē:vel si hēbant nō erat fides vera: qa hēbāt fidē cū dubitatiōe.latro aūt dubitauit nihil de fide xp̃i:sed credidit firmiter cū esse deū ꝫ hoiꝫ:sꝫ crucifixꝰ cēt ꝫ moreret.¶Secūda virtꝰ latronis fuit spes:qꝫ ceteris oibꝰ q̄ erāt in mūdo amittentibꝰ spē.s.q̄ nullus habebat spē tūc tpis saluari:ꝫ intrare paradisū ex merito mortis ꝫ passionis xp̃i. sola virgo cū ipso latrone habuerūt in xp̃o tpe mortis sue spem firmissimā:ꝫ indubitabilē: q̄ ex solo merito passionis eius:paradisi gaudia possiderēt:ideo nō fuit parua virtus latronis:qui vidēs mori xp̃m veluti latronē:collocauit in eo oēm spem suę salutis:cū tū sic sperare cēt

contra omnem naturam latronis. ¶ Tertia virtus latronis fuit charitas duplex: nam ex cepta virgine Maria: nullus in toto mundo habuit tpe passionis Christi amorē t caritatem ad ipm Christū: nā remota fide que est fundamētū amoris t caritatis ad ipm rpm per ois remouetur ab ipso rpo ois amor et caritas. vt habet. j. q. i. c. cū Paul⁹. iō vt supra dcm est: cū tpe passionis rpi nullus pter virginem gloriosam t latronē hāt fidē. Concludit q etiā nullus tunc tpis habebat amorem et caritatem ad Christū. Latro antē dupliciter Christū tūc amauit. primum cui amorē ostendit ad Christū habuisse: cū in eius morte dato q ab oibus negarēt: t purus homo tradetur: ipse tñ nimio feruoris t caritatis zelo succensus: eū fuisse deū t hominē: indubitabili fide credebat t cōfitebat. Scōm amorem tunc habuit latro ad Christū: q: t si crucifix⁹ esset pro suis scelcribus: tñ quātum ad voluntatem ipe in corde suo sponte sibi amore rpi illam crucifixionē eligebat. ¶ Quarta virtus huius latronis fuit fortitudo maxima. Nam q̄uis i penis existeret. tamē dicebat Luc. 23. Nos quidē iuste: nam digna factis recipim⁹ vbi glo. ait. Maiora tormenta etiā tunc passus fuisset. p rpo latro ille si qs ei inferre voluisset: q̄ illa que gerebat. ¶ Quinta virtus latronis fuit iustitia: quia primus ex caritate redarguēs ait. Neq; tu times deū: vbi glo. ait. Ideo socium redarguebat. quia male de Christo credebat: t sic duo fecit: quia socium ex iustitia reprehendebat: t ex caritate ei⁹ salutem querebat. h glo. ¶ Sexta virtus latronis fuit temperantia: q: tem perate petijt simpliciter dicens. Memento mei: vnde nō audebat confusione specifice petere grām dei nec remissionē peccatoꝝ: nec gloriā paradisi: q: ex humilitate se nō videbat hoc meruisse: contrariuꝫ faciunt multi peccatores superbi pro eo q imitant in sua oratione superbum pharisēum: qui Luc. 18. dicebat. Deus gras tibi ago: quia non sum sicut ceteri hoium ꝛc. Et ideo quia latro iste temperate ex sua humilitate petijt: crēplo publicani. ideo sine mō t sine mensura meruit: t grāz dei: t paradisi gloriā possidere. ¶ Septima deniq; virtus huius latronis fuit prudentia maxima: quia non petijt inutilia: vt diuitias tpales: honores: dignitates: t similia. Sed dixit memēto ſcz peccatoris. ꝓpter has igit̄ septem virtutes maximas: quas Christus in isto latrone esse conspexit: volēs sibi reddere vices equales dixit sibi septem verba: septem ꝺnationes t prerogatiuas habentia: primum verbuꝫ fuit necessitatis: cum dixit. Amen. nam tñ valet dicere amen fm docto. quantum dicere: vel iurare in veritate. ideo iurauit dns q daret sibi paradisum. Scōm verbū fuit pietatis cum subiunxit dico. s. ego qui ex pietate tecuꝫ loquor: t ex pietate te recipere volo. Tertiū verbum fuit charitatis: cū dixit tibi. s. magno peccatori: quia vꝫ magnus peccator existi.

Quartū verbum fuit brevitatis: cum dixit hodie: non dixit cras: nec hinc ad annum seu hinc ad. 5. milia sexcentos annos: quēadmodum fecit p̄mis parentibus: t nōnullis alijs patribus veteris testamenti: quos nō prius permisit in celum ascendere: donec ipse cū latrone ascendēr. Quintū verbum fuit societatis: cū dixit mecum: in quo ostenditur magnitudo p̄mij huius latronis: quē apō se collocare dign⁹ tus est. Sextum verbū fuit finitatis: cū dixit eris: quasi diceret nō dubites in aliquo. Septimū deniq; verbuꝫ fuit iocunditatis: cū dixit in paradiso: que non est aliud q̄ visio diuine essentie: in quo ois iocunditas habet: t quā imediate cōcessit videre latroni: dum eius aia a corpore egressa ē. Ecce q Christus septem ꝓrogatiuas latroni dedit septem virtutibus eius correspondentes: t ideo non est mirūsi hic latro tā mirabiliter saluatus est: ex quo vt predixi tā maximam fidem habuit: q ꝛz videt Christū fm carnem vere mori: tñ firmiter credebat t cōfitebat eum etiam esse verū deum. Et ex predictis igit̄ auctoritatibus: rōnibus: distinctionibus: figura: vel similitudine: t exemplo. pz qualiter habit⁹ fidei nō est de aliquo visibili obiecto: sz simplr de inuisibili: t p ois ēt pz scōa ꝺclusio nre qōnis. vꝫ sua vera t catholica rñsio. ¶ Tertio etiā ꝓpono circa p̄dictam qōnez suā debitā interruptionē: in qua ꝺclusione demōstrata imediate veritate: q hit⁹. s. fidei nō est de obiecto visibili. facile erit p̄dcē qōnis p̄mā cōclusionē interrūpere. Ad p̄mā igit̄ argumētū vꝫ. q. Thomas aplus vidit et credidit ꝛc. Rñdit Bonauen. in. 3. di. 24. ar. 2 q. 3. in solu. 3. argumenti. Et etiā Tho. 2. 2. q. 1. arti. 4. in solu. 3. argumenti. q. Tho. aliō vidit t aliud credidit: hoicꝫ vidit: t deū credens cōfessus est: cū dixit dns me⁹: t deus me⁹. Ad

scōm aūt t tertiū argumentū: vꝫ de visione aplor. rñdit Bonauen. vbi supra q ēt ipi ali ud videbāt: t aliō credebāt. Ad quartū aūt argumentū apli: vꝫ videm⁹ nūc p speculū ꝛc. Rñdit Tho. vbi supra i solu. scōi argu. di. q ea q̄ subsunt fidei dupliꝛ ꝺsiderari p̄nt. Vno mō in speciali: t sic non p̄nt esse simul visa t credita. Alio mō i gnāli. s. sub cōi rōne credibili: t sic sunt visa ab eo q credit. nō. n. credēt ea nisi videt ea esse credenda: vel pp euidentiā signoꝝ: vl pp aliqd hmōi. Ad qntū vero argumentū q fides est de auditis: ḡ de sensibili obiecto. Rñdet Tho. vbi supra i solutiōe quarti argumenti di. q audit⁹ est verboꝝ significantiū ea q̄ sunt fidei: nō aūt est ipsaruꝫ rez de q̄b⁹ est fides: t sic non ꝺz vt hmōi res sint visc in se. Ad sextū deniq; t vltimū argumentū: vꝫ q virgo sensibili experimento nouit se ꝺcepisse de spū scō. Rñdit Bona. in. 3. di. 24. ar. 2. q. 3. in fine corporis. q. di. verbalr. Quāuis igt̄ bta virgo certitudinali expētia scierit se ꝺcepisse sine virili semine: tñ se ꝺcepisse psonā verbi: nouit mediante fide: vnde sicut in ceteris articulis iplicat semper aliqd diuinum t inuisibile: sic aūt in virginis conceptiōe: t iō corporalis visio seu sensibilis cōceptio: fidē ab ea nō excludit. h Bona. Et p̄fata igit̄ argumentoꝝ interruptiōe: simul cū tota scōa ꝺclusione euidentissime pz: q̄lr hit⁹ fidei nō est de nāli seu visibili obiecto: quēad modū sunt bitus aliaꝝ scieaꝝ: sz est simplr de inuisibili t supnāli. t iō in hoc appet magna t mira fidei excellentia: q̄ mediāte libera voluntate: adeo cogit t captiuat būanū itellectuꝫ q etiā firmiter credit oia illa q̄ sunt supra cōditionē sue nature. O igit̄ fides supnālis. O fides ineffabilis. O fides sup oēm nāz admirabilis. vere magis ē dignitas tua nobilitas t excellentia: imo magna est laus tua: honor t gloria in ꝺspectu diuine maiestatis: q etiaꝫ simpliciter pp amorē oipotentī dei sic ꝺ oēz nām subicis ipi deo būanū intellectū. p ois igit̄ pz etiā ex p̄dictis scōa nobilitas de. 5. excellentia sacratissime fidei: quā nobilitatē: vꝫ q simpliciter credam⁹ credēda: t sine aliquo visibili obiecto: mihi t vobis ꝺcdē dignetur diuina maiestas t visibilis: in p̄nti per grām t in futuro p gloriā. Amen.

¶ Feria qnta post dñicaꝫ p̄mā q̄dragesime



Ulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis scribunt̄ h verba Mat. 15. t in euāgelio occurrentī feric. Ip⁹ īralē t spūalē sacri euāgelij ex positionē p̄cordialissimi ciues: ex quo vt claruit p̄cedenti feria vidistis declaratiōez scōe nobilitat⁹ de. 5. excellēta sacratissime fidei: q̄ vtiq; dcā fuit nobilitas extractiua: i q̄ mōstra tū ē q̄liter fides ipa bñdicta: simpliciter ēbit veritatē suā ab inuisibili obiecto. hēo nūc in p̄nti sermone spāliter declarare: triplicē ipsi⁹ sanctissime fidei nobilitatē: q̄ in aurib⁹ oium valde ꝓfecto vtilis t recreatiua: atq; mirabilis apparebit. Cuius vtiq; tertie nobilitatis declaratio talis erit.

¶ De tertia nobilitate sacratissime fidei que dicitur potestatiua.

Tertia insuper nobilitas sacratissime fidei dicitur nobilitas potestatiua. vltra predictas nobilitates: fides sacratissima hoc priuilegio singulariter gaudet: q ipsa vꝫ tante est potentie: tanteq; fortitudinis: q potest per se plus q̄z simul posset tota natura: seu q̄z possit virt⁹ t fortitudo totius nature: t q̄uis in multis fides sit potentior tota natura: tamen precipue i triplici potestate eam excedit. Primo in potestate cōiunctionis. Scōo in potestate tranſmutationis. Tertio in potestate diuersificationis.

¶ Qualiter fides excedit potentiam totius nature in tribus: t primo in potestate coniunctionis.

Primo igitur dico q fides sanctissima excedit totam virtutem seu fortitudinem nature: in potestate coniunctionis: vꝫ diuine nature cum humana. O natura potentissima: magna profecto est fortitudo tua: t super omnem potentiam oium dominorum mundi: nec non etiam super potentiam totius generis humani. Nam experientia teste tota simul humana potentia non posset facere: seu generare: solum granū frumenti vel milei: nec insuper de vno grano facere centum. tu vero fortissima atq; potentissima natura: non tñ es generatiua vnius

grani:sed etiam simul omnium naturalium rerum: vtputa fructuum: omnium animalium: omnium piscium⁹ z volucrum:z simul omnium hominū: loquor de corporibus nō de aiab⁹. Mā z si pr simul cū mre pbēat materiā semis ad hoc ut ex hoie generet hō:tñ ipsa nā est formatiua oiuz simul mēbroz ex illa mā descendētiū.dicēte pho.z. Pbificoz. Sol et hō generāt hoicz:hō dr generare iq̄tū māz pbet:sed istud generare est ipropie dictū. Sz virtus solis seu nē dr̄,ppie generatiua:nō tñ hūani corpis:sz insup oium ceteroz. Et q̄ oia simul inferioza generent:per potentiā z virtutē:atq̄ fortitudinē ipsius nē. Audi phz li.z.de generatōe z cor.dicētē. Generatiōis ingt z corruptiōis cā oium rex est obliquus motus solis:z p̄sentie vel absentie inclinatio:z in li.xi.de aialib⁹ ait. Mā ē sicut motor z ꝑplemētū oium nāliū rex. Et ēt.ij. de aialib⁹ dic. Mā est generatiua oiuz rex inferioz:z nō dat mēbro incōuenientiā:nisi in aialib⁹ idigētib⁹:ut puta aculeū vngues z cornua. Et insup.14.de aialibus dic. Mā ñ tñ vtr in generatione rex necessarijs:sed etiā q̄ busdā supfluis ad ornamentū ipsaz: ut puta barba z hmōi.ex q̄b⁹ auctoritatib⁹ pz:q̄ virt⁹ z fortitudo nē p se pt. qō nō simr tota rōnalis z humana nā. Sz o fortissima z potētissima nā:dic mihi q̄so:licz pdicta possis:nungd tāte potētie crīst:q̄ mediāte virtute z fortitudine tua:creator ipsi⁹ nē ꝺiūgat būane creature:z⁹ ipse in vna ꝓsona cū hoic vniatur ,Princeps in declaratiōe tuoz opez naturalium Aresto. rñdet alta voce. Non non nō: z hoc rōne ꝺrictatis. Mā.io. Mctha.di.Contraria sunt:q̄ sub eodez genere posita marie a se inuicē distāt: z eidem susceptibili vicissiz nec insunt:nec simul stare se cōpatiūr.z ibidē ait.ꝺria sunt cōpabilia: sed q̄ differūt genere nō sunt ꝺpabilia nec vnibilia. Qō ꝺfirmās Boet⁹ ,psa.6.z.li.ait. Neq̄z eni fibi solēt vnq̄ aduersa sociari.nā eni respuit ut ꝺria q̄q̄ iūgant:agit itaq̄z cuiusq̄z nā qō ,ppriū est ei: nec ꝺria rex miscet efficib⁹: sz vltra q̄ sunt aduersa repellit.hec ille. Quo p̄suppositō.vz: q̄ opposita simul z semel: cū potētia tot⁹ nē nō p̄t sil stare. certū ē q̄ pl⁹ distat creator a creatura:q̄ distāt duo opposita: ,p eo q̄ oia opposita cōicant in aliquo genere,primo vel remoto. Sz de⁹ z creatura nullū gen⁹ cōe participant: ergo facili⁹ cēt ipi nē vnire aliq̄ oppositū:q̄ simul vnire diuinā nām cū būana: q̄ si nā nō p̄t sup̄ min⁹.ergo nō poterit sup̄ natha.di.Corruptibile z incorruptibile pl⁹ differūt q̄ genere. Quo p̄suppositō:manifestū est q̄ de⁹ est incorruptibilis.dicēte ,Platone in thimeo. Sūm⁹ de⁹ infinit⁹ est:nō solū loci exclusiōe:sz ēt nē dignitate: z oīmoda immortalitate vel corruptiōe. Oppositū vero est de: creatura:q̄ passibilis ē corruptionis. Mā corruptio ut ait pbus.5. ,Pbificoz. est mutatio de eē in nō cē:z q̄ creatura sit corruptibil: audi ,Platonē in thimeo dicētē. O dij deoz quorū opifex idē est z pr: vos opa mea estis dissolubilia gdē nā:mea tñ volūtate indissolubilia. Nota hic:q̄ p deos deoz intelligit substātias separatas:z corpa celestia: z creaturas rōnales:q̄ de se sunt corruptibilia z mortalia sz sola dei volūtate ꝓpetuant. Quib⁹ ꝓmissis cū corruptibilia sint quedā ꝺria:z ꝺria nō simul stant:concludo q̄ tota natura nō potest facere: q̄ deus qui est incorruptibilis: simul vniat humane nature corruptibili z mortali. His oib⁹ p̄suppositis:certū est z manifestū q̄ diuina nā:simul se vniuit z cōiunxit cū humana:pcto ergo nota o fidelis aia z deuota, que fuit illa virtus special:cui⁹ ineffabili virtute atq̄ potētia:hc due nē tā distantes er pl⁹ opposite: sil⁹ sint ꝺiūcte:z certe clamās Rādeo.q̄ fides:q̄ fides:q̄ fides. Qō ,pbo tripli ci auctoritate. z primo auctoritate Bernardi in gbusdā sentētijs suis di.Tria opa q̄ virtutē fidei fecit oipotētis dei maiestas in assumptione nr̄e carnis:ita simplr mirabilia z mirabiliter singlaria:ut talia nec facta sint: nec ꝺplius sup terrā vnq̄ facīēda sunt. Cōiuncta sunt qppe ad iuicē de⁹ z hō:mr̄ z virgo:fides z cor būanū.hec ille. Scō hoc idē ,pbo auctoritate Aug.in li.de virginitate di.Beatior fuit Maria z potentior ,pfitendo fidē rp̄i:q̄ cōcipiendo carnē rp̄i.Mr̄na,ppingtas nihil ,pfuisset Marie:nisi felici⁹ p fidē rp̄m conde q̄ carne gestasset.hec ille. Tertio idē ,pbat auctoritate Elisabeth cognatevirgis Marie ipsam virginē Mariā de maria fide cōmendantis atq̄ ei dicētis. Luce.j.c.di. Beata es que credidisti.i.fidē angelo Gabrieli dicenti qm̄ ꝓficient oia in te q̄ dicta sunt tibi a dño .i.p fidē tuaz dñs carnē assumet de te: sicut tibi angelus pdixit:nec tamē hoc fidei sicut et nature videret impossibile,vz q̄ talis vnio fieret inter duas naturas infinite distantias.

propter sacerdotes p ecclesias sibi cōmissas populo dei istanter predicent hec oio sta esse ꝛ non a diuino sed a maligno spiritu talia fā tasmata mentibus fidelium irrogari.hec ibi. ¶Exemplū habem⁹ q⁹ h̄ fit diabolica illusio in legenda sancti Hermani:vbi dicit q⁹ hos pes quidam credebat has malitias ꝛ superstitiones esse veras. Vnde credebat q⁹ homies transformarentur sicut predictum est ꝛ,ppter hoc preparabat mensas quasi omni nocte:ꝛ circa mediam noctis horam veniebant i domo eiusdem hospitis multi noti ad comedendum ibi:quos ille credebat realiter esse homines veros. Accidit aūt q⁹ sanctus vir Hermanus inde transiens hoc audiuit:ꝛ tūc dixit hospiti. Ostende mihi queso que dicis. nam illusio demonū est:ꝛ circa mediam noctē surrexit hospes ꝛ vocauit sanctum Hermanus ꝛ ostendit sibi multos comedentes:ꝛ dixit hospiti sanctus Hermanus. Isti inueritate nō sunt homines sed sunt demōes sensus deludentes:ꝛ tunc precepit eis in virtute domini ne discederent:ꝛ dixit amico suo: cognoscis istos:ꝛ dixit cognosco:iste est talis meus vicinus:ꝛ iste alter est meus cōpater: ꝛ sic de singulis:ꝛ dixit:vade ad domū istorum ꝛ vide si sunt domi isti amici tui:ꝛ inuenit eos domi: ꝛ sic vere reperit q⁹ omnes crāt demones in speciebus illorum apparentes. ¶Trigesimo q aduersantur diuino cultui ꝛ christiane fidei:sūt omnes illi qui tenent|seu dicunt q⁹ paruuli sine baptismo cum culpa originali morientes nullam prorsus sensus ꝛ dāni penam patiuntur:pro eo q⁹ nullum voluntarium ꝛ actuale peccatum cōmiserunt.Circa quā conclusionem sunt tres errores. ¶ ℙrimus error est dicentium q⁹ tales paruuli cum non sponte peccauerit:nequaq̄ priuantur diuina visiōe. Contra quos sunt tria.videlicet. ¶ ℙrio auctoritas. ¶Secundo ratio. ¶Tertio similitudo ¶ ℙrimo contra tales est auctoritas Inno. tertij extra de baptismo.c.maiores.§.preterea dicentis. ℙPreterea pena originalis peccati ē realiter carentia visiōis dei.Actuale vero peccati gehēne ꝑpetue cruciatus.h̄ ille. ¶ Scōo cōtra tales est ratio.videlicet medicatis. Fūdamentum rationis ponit philosophus scōo phisicorum di. Finis non acquiritur nisi habentibus ea que sunt ad finem.patet hec regula. ℙNam sanitas ab infirmo nō acquirit nisi suscipiatur medicina.Quo presuppositio:certum est q⁹ finis ad quem creantur paruuli a deo est vita eterna:que nihil est aliud q̄ diuina visio.Medium aūt p quod finis ille acquiritur:est purgatio peccati originalis ꝛ diuina gratia:que duo solum acquiruntur per sacramentū baptismi:dicente Innocē.tertio extra de baptismo.c.Maiores.Sic inquit sine distinctione qualibz mosayca lex clamabat.anima cuius prepucij caro circūcisa nō fuerit gibit de populo suo:ita nūc indistincte vox innocuat euangelica . Nis quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto non intrabit in regnum dei:ab hac generalitate nec serū nec etate excludēs.Caute tñ notandum est quātum plus pabtismus bodie conferat christianis q̄ quōdā iudeis circūcisio cōtulisset:dictū est in fine predicte auctoritatis iducte de veteri lege.qbibit de populo suo.In euangelica vero veritate subiūctum est:non intrabit in regnum celorum. Et si originalis culpa remittitur p circūcisionis misterium ꝛ dānationis periculū vitabatur:non tū peruenieb̄at ad regnum celeste:quousq̄ ad mortem christi fuit omnibus clausum ꝛ obserratum . Sed per sacrm baptismi christi sanguie rubricati omnis culpa remittitur:vitatur periculum:ad regnum celorum etiam peruenit. ianuam cuius christi sanguis fidelibus suis misericorditer reseruauit.hec ille.Quod si sic est:q⁹ remissio peccati ꝛ diuina gratia solum acquiruntur per baptismum:clarū est ergo q⁹ paruuli decedētes sine baptismo vtiq̄ carent medio per quod diuina visio acquiritur:ꝛ per consequens ipse esse est concludere q⁹ omnes paruuli morientes sine baptismo priuantur omnino diuina visione.Et confirmatur ista ratio. Tertiū est enim q⁹ nihil est meritorium vite eterne sine charitate:vt dī.j.cor.xiij.ꝛ ratio ē:qr amor spiritualis est in spiritibus sicut calor naturalis in naturalibus.videmus autem q⁹ membrum paraliticum non recipit fructum a cibo: quia priuatur calore naturali.Et ramus siccus nō recipit fructum a radice quia tali calore ē destitutus.Cum igitur in pueris decedētibus sine baptismo non sit talis amor vel charitas qui vtiq̄ infunditur fm Innoc.vbi supra in baptismo.concluditur;per hoc q⁹ non possint esse capaces fructus diuine visionis. ¶Tertio deniq̄ contra tales est similitudo. Videmus enim per experientiam q⁹ homo qui habet oculos maculatos non potest videre lucē solis. Quia igitur natura hūana ē sicut fons a quo multi riuuli deriuantur:ideo si fons sue rit maculatus ꝛ aqua procedēs a riuulis erit maculata ꝛ immunda. Natura aūt humana ē tota corrupta ꝛ maculata per peccatum primorum parentum:ꝛ ideo omnes tales homines qui ab ipsa natura procedunt cum macula originalis peccati oriuntur. Et ideo cum paruuli moriantur cum hac macula impossibile est q⁹ vnquā possint videre solem diuine maiestatis. Et sic et predicta auctoritate rationc ꝛ similitudine patet: q⁹ realiter paruuli decedentes cum originali culpa in eternum priuantur diuina visione . Secūdus error est dicentium q⁹ tales paruuli in peccato originali morientes non solum non priuantur visione dei:sed etiam in eternum patiuntur penam sensus videlicet ignis infernalis . Contra quos sunt tria. ¶ ℙPrimo auctoritas. ¶Secundo ratio. ¶Tertio distinctio. ¶ ℙPrimo contra tales est auctoritas magistri sententiarum in.2.di.33.c.Aliorum dicentis. ℙPro originali peccato quod a parētibus paruuli traxerunt nullam aliam materialis ignis vt cōscientie vermis penā sensuri sunt nisi q⁹ dei visione carebunt in perpetuum. ¶ Secundo contra tales est ratio.videlicet. Impproportionis.Fundamentum huius rationis pōit philosophus.5.etichorum di.pena que infertur fm iusticiam proportionatur culpe.Quo cōcesso certum est q⁹ peccato actuali in quo est duplex malum.scz auersio ab incōmutabili bono ꝛ conuersio ad cōmutabile bonum iuste debetur duplex pena.scz pena dāni respōdens inordinate auersioni:ꝛ pena sensus respondens inordinate conuersioni . Econtra vero cum in peccato originali nulla fit cōuersio ad comutabile bonum sed sola auersio:vt aliquid auersioni respondens.s.destitutio animc a iusticia originali.concludit propter hoc q⁹ fm iustitiam solum detur puulis pena dāni que est subtractio gratie ꝛ carentia diuine visionis ad quā homo per gratiam ordinatur ꝛ nō pena sensus. ¶ Et confirmatur ista ratio. Nam acerbitas pene respondet quantitati delectatiōis seu delectatiōi culpe iuxta illud apochalipsis.18.Quantum glorificauit se ꝛ in delicijs fuit:tantum date illi tormentum ꝛ luctum. Sed anima que coniuncta fuit corpori paruuli nullam delectationem inordinata tam in corpore sensit:ergo non videtur q⁹ tali anime ꝛ corpori debeatur aliqua acerbitas pene sensibilis. ¶Tertio contra tales est distinctio domini Bonauenture in secūdo di. 33.ar.3.q.j.in cor.q.di.Cum quaritur an paruuli decedētes in solo originali puniantur pena ignis materiali.ℙRespondeo q⁹ dupler fuit opinio.Quidam enim attendentes rigorem diuine iusticie ac sententie:qua deus hominem pro vno modico mortali in quo momēto tanca ꝛ q̄si nulla fuit delectatio cruciat eternaliter:dicunt q⁹ paruuli cremabuntur igne materiali longe tamē minus q̄ illi qui peccauerunt peccato actuali:ꝛ hoc dicunt sensisse Aug.Cum dixit in enbiridion penam puulorum esse mitissimam . Et in libro de fide ad ℙPetrum. paruuli cruciabuntur eterno supplitio:mitissimam enim illam vocant penam non absolute sed respectu aliorum:nec in hoc derogari dicūt diuine misericordie q̄uis pl⁹ manifestetur iusticia q̄ misericordia: pro eo q⁹ minus malum est in tali pena esse:q̄ omnino non esse cum nō sit ibi tanta boni priuatio sicut manifestat.Augu.in libro de lib. ar. ꝛ hoc dicunt esse conueniens:vt sicut in originali peccato erat carentia debita iustitie:ꝛ concupiscentia:sic etiam in pena esset carentia visionis dei ꝛ afflictio ignis eterna. Sed cuz valde durū illud dicere videatur:q⁹ deus taz dure ꝛ tam aspere agat cum paruulis sic decedētibus:qui omnino non potuerūt vitare nec mortem culpe nec mortem nature:presertim cum videamus deuz cū impijssimis ꝛ sceleratissimis peccatoribus in multis misericordi agere: ideo est alia opinio mitior q̄ magis concordat pietati fidei ꝛ iuditio rationis:q⁹ quia paruuli decedentes cum originali carent iustitia ꝛ spiritus sancti gratia que ē pignus hereditatis eterne:priuantur in eternum visione dei:quia vero in carne fuit sedi tas:ideo ponentur in loco vili vt pote infernali:sed quia non habuerūt in se actuales delectationem peccati nec in spiritu nec in carne:ideo non sentiunt pene ignis acerbitatē. hunc modum dicendi magis approbant magistri cōmuniter:ꝛ ideo ipsam sustinendo fm opinionem magistri sicut patet in littera: rationes que ad hanc partem inducuntur concedo.hec Bonauentura verbaliter.Si autez quis obiceret allegans illud Augusti.in libro

Universidad de Deusto
Biblioteca

de fide ad petrū dicēt. Firmissime tene puulos qui sine baptismate de hoc seculo transeunt eterni ignis supplicio sempiterno puniendos hec ille. Ad hoc Respondet Bonauē. vbi supra in solutione primi argumē. dicens. Aug. inquit in verbis illis non intendit dicere q̄ paruuli sensibiliter crucientur: sed intendit eorum penas manifestare q̄ntum ad carentiam visionis dei: z quantum etiam ad vilitatem loci: z hoc valde habundanter exprimit plus dicens z minus. Nam in enchiridion ait. Mitissima sane eorū erit pena qui preter peccata que originaliter traxerunt nullum insuper addiderunt: volens ex hoc intelligi q̄ non fine causa loquitur sic. Hoc enim facit ad extirpandam illam heresim que dicebat paruulos nulla pena puniri. Vnde sicut in moralibus documētum est: q̄ qui vult ab vno extremorum perucuire ad medium q̄ debet declinare ad aliud extremum sicut docet philosophus: sic etiam beatus Augu. vt illam heresim extirparet que dicebat paruulos ab omni pena immunes esse z ad medium reducere: videlicet ad penam carentie visionis simpliciter asserunt eos cū alijs peccatoribus eternaliter dānari. Istum autē suum intellectum exprimit vt predictum est in ench. vbi dicit pena mitissimam esse mitissimam: sicut etiam dicit magister in littera. hec Bonauen. verbaliter Huius sententie est etiam Tho. in q̄oribus disputatis de malo. q. de peccato originali. arg. j. Et predicta ergo auctoritate. ratiōe. atq; distinctione expresse patet: qualiter paruuli sine baptismo morientes z si priuantur diuina visione: vt pretactum est: nequaq̄ tñ paciuntur sensibilē penam ignis materialis. ¶ Tertius error est dicentium q̄ tales paruuli presupposito vt pretactum est q̄ perpetuo careant diuina visione: patiuntur maximam penam: dolorem atq; tristitiam de priuatione illius diuine visionis. Contra quos expresse sunt quatuor. ¶ Primo auctoritas. ¶ Secundo ratio. ¶ Tertio similitudo. ¶ Quarto distinctio. ¶ Primo contra tales est auctoritas magistri in. 2. di. 33. ad litteram dicentis. Nullam inquit aliam penam sensuri sunt paruuli de igne materiali z verme conscientie: nisi q̄ simpliciter diuina visione carebunt. hec ille. ¶ Secūdo contra tales est ratio videlicet inproportionis. Fundamentum rationis ponit philosophus libro de proprietatibus naturalium rerum di. Excedentia proportionem nature si non habeantur nō sunt causativa tristitie sed simpliciter conuenientia cum natura: puta bona regula. Nam nullus sapiēs si recta vtatur ratione affligitur z tristatur: ex eo q̄ non potest volare sicut auis: vel q̄ fiat rex. aut imperator: cum non cōueniat nature sui status. Econtra vero auis si volare non posset cum ei conueniat per naturam vtiq; affligeretur: z etiam ille cui competit regnum vel imperium sm̄ nature cursum nisi illud habeat: sed magis ab alio possideatur: vtiq; affligeretur. Quo presupposito certum est q̄ pueri sine baptismo morientes nunquā fuerunt proportionati ad hoc q̄ vitam eternam haberēt seu diuina visione fruerentur. Non enim ex principijs nature simpliciter acquiritur illa visio: cum excedat omnem facultatem nature: sed acquiritur per habitum fidei infusum z supernaturalem: quem nec vnquā habuerunt nec vnquā habituri sunt. Quod si sic est q̄ pueri sine baptismo decedentes nunq̄ fuerunt nec vnquā erunt proportionati ad fruendum diuina visione: concluditur ex hoc q̄ impossibile est q̄ vnquā doleant z affligantur de priuatione visionis diuine. ¶ Tertio contra tales est similitudo. Clarum est enim vt habetur. 2. questione. j. c. Notum. q̄ agentes z consentientes par pena astringit: q̄ concesso certum est q̄ non agentes nec cōsentientes peroppositū nulla debet pena constringere. Sed manifestum vt superius probatum est q̄ corpori paruulorum nulla datur pena ignis materialis pro eo q̄ nullam habuerunt actualem delectationem ergo a simili nullam penam vermis conscientie debent sentire anime paruulorum pro priuatione diuine visionis ex quo nullum habuerunt consensum in culpa originali. ¶ Quarto denique contra tales est distinctio Thome in questionibus disputatis de malo. q. de peccato originali. arti. scōo dicentis. Cuz queritur an paruuli decedentes cum solo originali peccato patiantur afflictionem interioris doloris ex priuatione diuine visionis. Respondeo q̄ diuersi circa hoc diuersimode locuti sunt. Aliqui tamē dixerunt absolute q̄ non. Et ratio est quia vbi nulla est cognitio z cogitatio boni perditi vel propter se facti ibi est nulla afflictio. Sed anime paruulorum cuz solo originali decedētium sunt in tantis tenebris ignorantie constitute: q̄ nesciunt se ad beatitudinem creatas: nec aliquid de beatitudine cogitant: z ideo propter hoc nullam patiuntur penam. Sed hec ratio est insufficiens cum cognitio naturalis magis vigeat in anima separata q̄ in animab⁹ cum corpore coniunctis. Ideo dicendum, est q̄ duplex cognitio de beatitudine haberi potest. videlicet generalis z specialis: seu naturalis z supernaturalis. Anime ergo puerorū generali z naturali cognitione non carēt que debetur anime separate sm̄ naturam suam sed carent simpliciter cognitione speciali z supernaturali: que in nobis per fidem plantatur: eo q̄ non habuerunt fidem in actu nec sacramenta fidei susceperunt. ¶ Pertinet autem ad cognitionem naturalem q̄ anima sciat se propter beatitudinem esse factam: eo q̄ beatitudo consistit in adoptione perfecti boni. Sz quia illud bonum ad quod homo est factus: seu illa gloria quam sancti possident est supra naturalem cognitionem. di. apostolo. j. cor. 2. oculus nō vidit nec auris audiuit ꝛc. z subdit nobis autem deus reuellauit per spiritum sanctum: que reuelatio pertinet ad fidem: hinc est q̄ paruuli tali supernaturali bono priuati cum illud supernaturaliter non cognoscunt nequaquā propter hoc dolent z affliguntur. imo magis quod per naturam habent: absq; dolore possident: z vltra hoc de ipso singulariter gaudent. ℞ Tho. Vide queso etiam distinctio. beati Bonauenture in. 2. di. 33. ar. 3. q. 2. quā brevitatis causa dimitto in qua concludit. q̄ realiter predicti paruuli nullam patiuntur penā ex priuatiōe diuine visionis. Immo magis concludit q̄ in cognitione naturali in mensam habent delectationē sicut etiam multi qui vellent esse in paradiso licet non sint cōsolantur de statu suo. scilz presentis vite z cōtēti sunt eis que habent in hac vita q̄uis cōparatiue modicum habeant respectu paradisi. Sic a simili in paruulis intelligendum est esse: quia eis sufficit status sue naturalis: nec eleuant ad supernales opes oculos quas habere non possunt. hec Bonauentura verbaliter vbi supra in solu. secūdi argumē. Scotus autem in. 2. di. 33. ponit questionē formalem vtrum paruuli patiātur aliquā penam ignis vel tristitiā de priuatione visionis dei z Respondet absolute q̄ nullam penam patiuntur nec in corpore: nec in anima. Sed in generali habebunt maximam delectationem de perfectionibus naturalibus z de naturali cognitione ipsius dei atq; aliarum rerum naturalium sicut z philosophi naturales etiā in hac vita existentes habuerunt magnam delectationē de naturali cognitione ipsius dei z aliarum rerum naturalium: dato q̄ priuarentur beatifica visione ipsius dei. propter quod philosophus scōo de celo z mundo ait. Cum de corporibus celestibus questiones possunt solui parua z topica solutione: contingit auditori vt vehemens sit gaudium z delectatio. Et in. ij. de animalibus di. q̄uis parum sit quod naturaliter de superioribus substantijs accipimus tamen illud modicum est magis amatum z desideratum z delectabilius omni cognitione quam de omnibus simul substantijs inferioribus habemus. hec ibi. Et i libro de secretis secretorum ad Alexandrum ait. De rebus altissimis etiam parua z debili consideratione aliud posse conspicere iocundissimum z delectabilissimum est. Et qua auctoritate ratione similitudine atq; distinctione patet quaeliter paruuli sine baptismo morientes nullam patiuntur penam de priuatione diuine visionis. Tamen penam maximam susceperunt patres z matres qui studiosa malicia dum fornicati sunt prolem perimunt: aut comestione: aut sumptione alicuius ad hoc apti cibarij. O crudelissimi patres. o ferocissime matres cur non cogitatis grauitatē culpe quam cōmittitis. Graue certe delictū esset si quis corporaliter hominem occideret: grauius vtro si quis omnes mūdi homines perimeret: sed profecto grauissimum est peccatum super omnia q̄ quis paruulum non baptizatum perimat. Ratio est quia auferitur vita gratie: seu vita eterne glorie que incomparabiliter nobilior est per se naturali vita omnium hominum huius mundi. Sic enim dicitur. 24. q. 3. c. si habes. Innumerabiliter mors corporū morti vnius anime comparari non potest. ℞ ibi. Immo in. c. si aliquis. extra de homicidio dicitur. Quod si aliquis homini vel mulieri aliud fecit vel ad potandum dederit vt nō possit generare aut cōcipere vel nasci soboles vt homicida teneatur. glo. quo ad penam legalem z quo ad spiritualem: sed non est irregu-

laris ac si hominem interfecisset. Si igit huic tanta debetur pena. quāto magis puniri debet qui post animationem fetū perimit t maxime si proprius filius est? Certe tales nisi penitent priuabuntur in eternum diuina visione: quapropter eorum causam priuati sunt paruuli illi dum sine baptismo cū culpa originali decesserūt. Ex ꝓdictis oībus ꝑ quali*ter vltra* supradicta. 20. etiam sunt. 10. alia genera hominum diuino cultui t christiane fidei penitus aduersantiuꝫ. A quib⁹ etiā pestiferis t maledictis erroꝛib⁹ nos preseruet increata sapientia vgnigeniti dei: qui cuꝫ patre et spiritu sancto viuit t regnat deus per infinita secula seculorum. Amen.

¶Feria tertia post quartā dominicam quadragesime. Iterum de quinta excellentia. videlicet de maxima nobilitate ipsius sacratissime fidei.

Nolite iudicare fm faciē ſ iustū iudicium iudicate. Scribunt hec verba. Jo. 7. c. t in euāgelio occurrentis ferie. ¶Post sacri euangelij litteralē expositionem t moralē dilectissimi ciues: ex quo vt claruit in duob⁹ precedētib⁹ sermonib⁹ declarauimus 30. genera hoium seu psonaꝝ diuino cultui t christiane fidei aduersantiū: restat postremo vt in presenti sermone alia. 10. genera declaremus que declaranda remanserunt quorum declaratio sequendo numerum suprapositum talis erit.

¶Item de septima cōtēplatiōe diuine adorationis que dicitur oppositionis seu de. 10. alijs generibus hominum qui aduersantur diuino cultui.

Trigesimiprimi igit qui vltra predictos diuino cultui t christiane fidei ēt aduersanť sūt omnes illi q firmiter credunt q aliqua mulier maga vel striga veraciter conuertatur in murilegam seu gattam vel musipulam. Contra quos exprosse sūt tria videlicet. ¶Primo auctoritates. Secundo Ratio. Tertio exemplum. ¶Primo contra tales sunt auctoritates. Nam concilium acquirense. 26. q. 5. c. episcopi eorum. ait. Qui si quis credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius: aut in deteri⁹ immutari aut trāsformari in aliam speciem: vel in aliam similitudinem: nisi ab ipso creatore qui omnia fecit t per quē omnia facta sunt: proculdubio infidelis est t pagano deterior. hec ibi. Item. 26. q. 5. c. Nec mirū dicitur. Fertur i gētilium libris q quedaꝫ maga socios Vlixis mutauit in bestias. legitur etiam de sacrificio q arcbadcſ deo suo luco imolabat et quo quicuꝫ qꝫ sumerct in bestiaꝝ formas conuertebat. Sed hec omnia magicis prestigijs potius fungebantur q̄ rerum veritate cōplerentur hec ibi. Secundo contra tales ē ratio videlicet. Augmētationis. Fundamentum rationis ponit phs. i. thopi. di. Quod non potest i minus nec in maius. patet regula. Nam qui nō pōt rrpugnare paruum castrū nequaq̄ expugnabit maximam ciuitatem. Quo presuppoſito certuꝫ ē q nobilior ē forma nostra dicente phō. i. phisi. Forma inquit est nobilior materia t est quid diuinum a materia desideratum. Sed clarum ē q tota natura nec infuꝫ aliquis malignus spiritus non potest producere minus. i. materiam alicuius minime rei de nihilo facere: cum requiratur ibi infinita potestas quam solus deus habet sed illō qō Mat. 5. saluator ait. Non potes vnum capillum albuꝫ facere aut nigrū: ergo multo fortius nec aliquis demon nec tota nā produere poterit aliquam nouam formam seu formā in formā transformare: cum etiā in hoc sicut in creatione materie requirat infinita potentia quam nullus bꝫ nisi solus deus. ¶Tertio contra tales est exēplum. Nam legitur in legenda sancti Machharij q quedam puella oculis hominum videbatur in equam cōuersa. Cui cōpacientes monaci eidē sācto Machario cui iam t hoc ipsum deus notum fecerat retulerunt: t vt pro eadem instanter oraret rogauerunt. Quibus sanctus Machariꝰ dixit. o filij vos equi estis q equorū bētis oculos: illa enim puella mulier ē nec est transformata in formaꝫ eque sicut apparet. Sed simpliciter falluntur oculi videntiuꝫ ex prestigij vanitate. t cum orasset deuꝫ vt sicut erat monachis appareret: stati viderunt eam habere formam mulieris t non formam equē. hec t.

similia sunt simpliciter delusio quedam demonū. Ex predicta auctoritate rōe t exēplo: ꝑꝫ qualiter falsissimū ē q mulier aliqua conuerti possit in gatā vel murilegā. Si aūt opponeretur q aliquando vere t sensibiliter cōpertū ē q aligs aliquā vetulā in forma gati seu murilegi puerꝫ rapere satagētemꝫ peusserit aut in brachio aut in aliqua parte corporis. Qō si sic est: ergo formaꝫ illius vetule q̄ erat in domo videtur demon realiter in formam gatti seu murilegi transformasse. Respondet magister Michael de fesulis in suo tractatu de superstitionibus q simpliciter illud qō videtur in forma gatte: simpliciter est ipse demon in specie vetularuꝫ vel musipularuꝫ pueros de cunabilis t lecto rapiens t occidēs: q interdū sic a deo permittitur paruulos occidere in penā parentum: qui eos adeo in ordinate amant q propter ipsos dei amorem negligunt t postponunt. Quod autem realiter in persona vetule percussio facta remaneat: seu tale vulnus vetule imprimatur: dico q hoc triplici respectu. euenire potest. ¶Primo naturaliter ex casu vt puta dum cadendo tale vulnus recepisset. ¶Secundo hoc pōt accidere ex vehementi bymaginatione in penā peccati: q̄ dum talis vetula ex comitibus se fore credit herodiadis vel diane: t credit se i bymaginatione esse ad rapiendum pueros tale vulnus in ea factum remanet pro eo q ve hemens bymaginatio plerūq̄ facit casum seu. Tertio dicas q permittente deo in penam peccati diabolus sibi tale vulnus infligit ex quo ipsa credit se esse ad actum illius percussionis seu occisionis pueri. Adde si vis t quartū respōsū q̄ plerunq̄ diabolus pōt deludere oculos videntium: vt talis vetula videatur percussa cum tamen percussa non sit. Tertia tamen ratio probabilior videtur. Qō autem actualiter sit ipse demon qui in forma vetule appareat patet ex hoc: q̄ ianuis clausis t thalamo. in alterutruꝫ predictaꝝ formarum scilicet vetule vel musipule intrat t exit. t vt id factum magis credatur verum: t per consequens odium vel aliud malum inter vetulam t parentes pueri generet: sub lecto quandoq̄ se occultat cum tamen ingredi in hostia clausa nō possit aliquod materiale corpus nisi simpliciter malign⁹ spiritus seu corpus gloriosum: t dum est deprehēsus discurrit hinc inde p thalamum demon in forma predicta quasi exire non possit: qui tamen vt predictum est etiam obstructis portis dom⁹ t camere intrauit qō vtiq̄ solis spiritib⁹ possibile est: t ex hoc fingit q. inuitus percutiatur. Ex predictis igitur omnibus cōcludo q. non tantum est impossibile q. dyabolus vnā creaturam veraciter transformet in aliā: sed vltra hoc dico q. qui hoc crederet eē possibile: vtiq̄ hereticus foret. ¶Trigesimisecūdi q aduersantur diuino cultui t christiane fidei sunt omnes illi qui vtuntur arte notoria ad scientiam acquirendam: que ars omnino illicita est. Contra quos Aug. lib. de doc. christia. t ponitur. 26. q. 2. c. Illud ait. Omnes artes huiusmodi scientie vel nugatorie vel norie superstitionis ex quadam pestifera societate demonum acquisite: quasi peccata infidelitatis t dolosc amicicie constituta penitus sunt reprobande t a quolibet christiano fugiende. hec ibi. Rationem autem quare talis ars omnino sit illicita assignat tho. 2. 2. q. 96. di. Quod talis ars omnino est prohibita q̄ vtitur quibusdam ad scientiam acquirendam que non habent fm se virtutem causandi scientiam: sicut ex inspectione quarundaꝫ figurarum t prolatione quorundam verborꝫ ignotorum: que ars non vtitur his vt causis sed vt signis: non quidem vt signis diuinitꝰ institutis sicut sunt signa sacramentalia seu sacramentorum. ¶Trigesimitertij qui aduersantur diuino cultui: t fidei christiane sūt omnes illi qui exprosse demones inuocāt ad aliquid consulendum vel facien. t ipsos ex hoc aut in vitro: aut in adamante aut in ampula t huiusmodi coactos: t constrictos tenent. Contra quos. 26. q. 2. c. bij qui dicitur. Hij q de paginis euangelicis sortes legunt: t si optandum est: vt id potius faciant q̄ ad demonia consulenda concurrant: tamen ista mihi displicet consuetudo. ad negocia secularia t ad vte huius vanitateꝫ diuina oracula vel le conuertere hec ibi. ¶Trigesimiquarti qui aduersantur diuino cultui t christiane fidei sunt omnes illi qui a diuinatoribus inquirunt de vita t morte: de prosperitate t aduersitate sui vel alterius per aliquam figuram vel signaturam corigie t huiusmodi. ¶Contra quos. 26. q. 7. ca. Non obseruetis. Augu. ait. Quicunq̄ diuinationis aut fata; aut au-

guria obseruat: aut attendit: aut consentit obseruantibus: magis ad sui damnationem q̄z ad suam salutez tendit. Siue qui per quosdam numeros litterarum ꝛ lune per phitagoricam egrotantium: vitam vel mortez vel prospera vel aduersa futura inquirunt. hec ibi. ¶ Item. 26. q. 2. ca. qui sine. dicitur. Omnis inquisitio ꝛ omnis cura de morte ꝛ vita que a diuinis ꝛ magis ꝛ a demonibus in hydolorum cultura expetitur: mors potius dicenda est q̄z vita: ꝛ qui ea sectantur si se nō correxerint ad eternam perditionem tendūt psalmista dicēte. Omnes dij gentiuz demonia sunt qui per deceptos homines alios decipere quotidie gestiunt vt perditionis sue faciant cos propter hanc causam omnes esse participes. hec ibi. ¶ Tregesimiquinti qui aduersantur diuino cultui: seu christiane fidei sunt omnes illi qui pro sanitate recuperāda sui atq; suorum nec non ꝛ animalium irrationabilium diuersa faciunt fieri incantamenta. Contra quos. 26. q. 7. ca. admoneant dicitur. Admoneant fideles sacerdotes populos vti noucrint: magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil prodesse nihil remedij conferre nō animabus languentibus claudicantibus vel etiam morientibus quicq̄z mereri. Sed hoc cē laqueos ꝛ insidias diaboli antiqui hostis: quibus ille perfidus humanum genus decipere nititur. Si qs hoc crercuerit clericꝰ degradetur: laicus autem anathematizetur. hec ibi. Item. 26. q. 2. ca. qui sine. dicitur. Qui sine saluatore salutem vult habere ꝛ sine vera sapientia existimat se prudentem fieri posse non sanus sed eger: non sapiens sed stultus i egritudine anime assidue laborat ꝛ in cecitate noxia stultus ꝛ demens permanebit. hec ibi.

In hunc etiam errorem incidunt qui maleficia ꝛ facturas agunt seu pro liberatione fieri faciunt. Contra quos. 26. q. 2. ca. Non licet. dicitur. Si quis paganorum consuetudinem sequens diuinos ꝛ sortilegos in domū suam introduxit quasi vt malum foras mittant: aut maleficia vel facturas inueniant aut lustrationes paganorum faciant. 5. annis penitentiam agant. hec ibi. ¶ Aduertant tales q̄ siquis per aliquod incantamentum posset liberare omnes homines mundi mortuos a morte: non licet sacramentum facere vel incantamento consentire: vicente apostolo. ad. Roma. 3. Nunq̄z sunt facienda mala vt veniant bona. ꝛ Augusti. 22. q. 2. ca. faciat. ait. Faciat homo pro temporali salute bominum quicquid potest cum aūt ad hoc ventum fuerit: vt tali saluti nisi peccando consulere possit iam se existimet non amplius habere quid faciat. hec ille. ¶ Trigesimisexti qui aduersantur diuino cultui: seu christiane fidei: sunt omnes illi qui per inspectionem astrolabij aut per inscriptiones querunt ꝛ investigant occulta ꝛ futura seu qui ex constellationibus ꝛ cursu sderum iudicant de actibus moralibus hominum. Contra quos. 26. q. 2. cap. Sors. dicitur. Quibus constellationes ꝛ futurorum signa custodientibus aplꝰ ait. Dies obseruatis ꝛ tēpa et mēses ꝛ annos. Vnde timeo ne sorte sine causa laborauerim in vobis. Sic ꝛ astronomia seu astrologia apud catholicos in dissuetudinem abijt: quia dum propria curiositate bijs minis erant intenti: minus vacabant bijs que saluti animarum erant accomodata. hec ibi. Propterea quidam sacerdos vt habetur extra de sortilegijs. c. ex tuarum tenore. graviter punitus fuit ab ecclesia. pro eo q̄ occulta ꝛ futura per astrolabium inquirebat. Prouide. 26. q. 5. capitulo nō oportet. dicitur. Nō oportet sacris officijs deditos vel clericos magos astrologos vel incantatores existere aut facere filateria que animarum suarum vincula comprobantur. hos autem omnes qui talibus rebus vtunt omnino proici ab ecclesia iussimꝰ. hec ibi. ¶ Trigesimiseptimi q̄ aduersantur diuino cultui seu christiane fidei sunt omnes illi qui somnijs certam fidez adibent seu credunt libro qui appellatur Sōnia Danielis. que somnia vt plurimum illusione demonum fiunt. Contra quos. 26. q. 4. capitulo sciendū. dicitur. Suadentibus demonibus miris ꝛ inuisibilibus modis per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando: ꝛ sc cogitationibus hominum per quedam ymaginaria visa āmiscēdo siue vigilātiū siue dormiētiū fides nō dz adhiberi. vt hec ibi. Itē. 26. q. 7. c. Nō obseruetis. dr. Errant qui attendunt ad somnia scripta ꝛ falso in danielis nomine intitulantia. hec ibi. ¶ Trigesimioctaui qui aduersantur christiane fidei sunt omnes illi qui credunt q̄ qui nascitur tali hora ꝛ die habebit bonum vel malum cuentum. Contra quos Augusti. libro de doc. christiana. ꝛ ponitur. 26. q. 2. ca. Illud. ait. Nam ꝛ mathematici quamuis veram stellarum positionem cum quisq̄z nascitur consequuntur ꝛ aliquando perueniant: tamen q̄ inde conantur: vel actiones nostras vel actionum euentus pro ducere nimis errant: ideo si dixerint vobis ita eueniet non credatis. hec ibi. ¶ Cum bijs etiam connumerantur illi qui tenent q̄ ex influentia corporum celestium: liberum arbi. cogitur ad vitia ꝛ virtutes: bonum et malum. Contra quos philosophus tertio. ethicorum. ait. Voluntarie sunt virtutes sicut ꝛ vitia: ꝛ nullus sit bonus vel beatus non volēs. Et ecclesiasticus. 15. dicitur. Deus constituit hominem ab initio ꝛ re. cum in manu consilij sui. cē. Item Ieronimus in questionibus super abdiam ait. Deus. enim equali cunctos sorte generat: ꝛ dedit singulis arbitrij voluntatem vt faciat vnusquisque quod vult siue bonum siue malum. hec ille. ꝛ ibidem ait. Omnes homines suo arbitrio derelicti sunt neq; enim bonum necessitate cōpulsi faciunt sed voluntate: vt credentes coronam accipiant ꝛ increduli proprio argumento supplicijs mancipentur. hec ille. Inter hos quoq; intelliguntur illi qui dum obseruant alicui creature vt puta vulpi mustele lepori lupo serpenti ꝛ huiusmodi credunt propter hoc sibi euenire bonum vel malum. Contra quos. 26. q. 4. capitulo Igitur. Augusti. ait. Nam et auspicia sunt que iter facientes obseruant alia que signa rerum vel obseruatiōes vt inprouisa hominibus incurrentes ferunt que nequaquam attendenda sunt. hec ille. Item. 26. q. 2. capitulo. Illud dicitur. Si iunctim ambulantibus amicis lapis aut puer medius ꝛ huiusmodi aduenit nulla fides adibeatur. hec ibi. Hoc idez intelligendum est de illis qui credunt q̄ cantus auium seu volatus habeat bonam vel malam significationem: vnde quando corvus cantat aliqu credunt q̄ sit malum augurium. Contra tales. 26. q. 4. capitulo. Igitur. dicitur. Augures sunt: qui volatus auium ꝛ voces intendunt. Duo sunt autem genera auspiciorum vnum ad oculos: alterum ad aures pertinens. Ad oculos est volatus: ad aures vero est vox auium. hec ibi. ¶ Trigesimo nono qui aduersantur diuino cultui ꝛ christiane fidei sunt omnes illi qui derogant ecclesie contra eam loquentes ꝛ dicentes q̄ ecclesia, potest errare ꝛ errat aliquando in canonizatione sanctorum ꝛ in multis alijs: ꝛ propter hoc decretis ecclesiasticis non credunt nisi sicut eis placet. Contra quos nota sm Ricar. in quolibeto q̄ duplex est ecclesia. scilicet particularis ꝛ vniuersalis: particularis ecclesia potest dici papa qui realiter errare potest: ꝛ precipue in causis ꝛ sententijs dandis ꝛ hoc ex mala informatione aut falsorum testium: aut etiam falsorum instrumentorum quem tamen deus in canonizatione alicuius sancti nunquam errare permitteret. Nec credendum est ab aliquo q̄ erret quamuis errare posset. Imo credendum est q̄ si iniuste aliquem canonizare vellet deus cum aut occideret aut totaliter impediret. Et q̄ papa in ceteris etiam cum cardinalibus errare possit. audi Aug. ii. q. 3. c cepisti. di. Cepisti habere tanq̄ publicanuz fratrē tuuz ligas illū in terra sz vti iuste alliges vide: nam iusta vincula disrumpit iusticia. quem solueris inquit in terra solutꝰ erit in celo. hec ille. glo. autē super verbum solueris ait. Non quē soluere putaueris sed quem solueris clane non errante solutus erit in celo. hec glo. Item de pe. di. i. c. quē peniter. idez Aug. ait. Dixit enim dꝰ sacerdotibꝰ: q̄cunq; solueritis sup terrā cō hoc cē Ego dꝰ ꝛ oēs celestis militie ordines ac oēs sancti i gloria mea confirmātvobiscū q̄s ligatis ꝛ solutis super terraz. nō dixit quos putatis ligare ꝛ soluere: sed i quos exercetis opꝰ iustitie misericordie ꝛ veritatis. hec ille. Et q̄ papa etiaz possit errare patet exemplo Nam. di. 19. capitulo. Ita dominus noster. §. hoc autem intelligendum. ꝛ capitulo Anastasius. dicitur. Anastasius nationc romanꝰ fuit temporibus theodorici regis: eodem tempore multi clerici se a cōmunione eius abegerunt: eo q̄ cōmunicasset sine consilio episcoporum presbyterorū ꝛ cuncte catholice ecclesie. Diacono thessalonicēsi noic fotino qui cōcaucrat in heresi acatio quia voluit occulte reuocare acatium ꝛ non potuit diuino nutu percussus est. hec ibi. Iste Anastasius papa inciderat in heresim iam dānatam vt habetur. 24. q. j. capi. 2. ꝛ. 3. Item. ij. di. c. si papa

dicitur. Quod bonitas pape salus est omniū ꝛ peruersitas ipsius cedit in dānationem in numerabiliū. Ex ꝓdictis patet: qualiter eccle fia particularis pōt ꝛ nō pōt errare. Ecclesia aūt vniuersalis que nihil est aliud q̄ꝫ quedaꝫ multitudo episcopoꝝ ꝛ clericorū: seu aliorum fideliuꝫ xp̄i fide ꝛ charitate vnita, put dicitur 93. di. c. legimus. ꝛ. j. q. j. c. multe. Et .24. q. j. c. loquatur. nunq̄ꝫ errare potest eo q̄ deus nū q̄ꝫ hoc permitteret ꝛ precipue in canonizatio ne sanctorum. Immo si omnes errarēt spiri tus sanctus babūdantius in vno solo existēs faceret per illum errorem ceterorum omniū penitus reuocare. Et q̄ vniuersalis ecclesia non possit errare in sanctorum canonizatione ex ceteris audi Augusti. super. 18. c. Ad ate. di. Cum spiritus sanctus regat ecclesiam sequitur q̄ ecclesia nunq̄ꝫ errabit cum habeat ductorem magistrum veritatis qui dixit: ego ero vobiscum vsq̄ꝫ ad consummationem seculi. ℌ ille. Item di. 29. c. sic dicitur. Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiēde sunt tāq̄ ipsius petri diuina voce firmate. Item Luci⁹ papa omnibus episcopis vt habetur .24. q. j. c. a recta inquit fide: ꝛ ab apostolico tramite propter vllam perturbationem nolite discedere scientes quoniā iurta saluatoris sententiam beati qui persecutionem patiuntur pro pter iustitiam. hec est apostoloꝝ viua traditio ℌ est vera charitas que predicanda est ꝛ pre cipue diligēda ac fouēda: atq̄ꝫ fiducialiter ab omibus tenēda. ℌ est sancta ꝛ apostolica mr omniū ecclesiarū xp̄i ecclesia: q̄ p dei oipotē tis gr̄az: a tramite apostolice traditiōs nūq̄ꝫ errasse probatur nec hereticis prauitatib⁹ suc cubuit: sed vt in exordio normaꝫ fidei xp̄iane pcepit ab auctoribus suis apostolorum prin cipibus xp̄i sic illibata fide hactenus manet ℌ ille Jero. etiā .24. q. j. c. ℌ est fides ait. Sancta romana ecclesia que semper immaculata pr̄mānsit domino prouidente ꝛ beato ℙetro apostolo opeꝫ ferente in futuro manebit sine vlla hereticorum insultatione preualēte: atq̄ꝫ firma ꝛ imobilis oi futuro tēpore persistet. ℌ ille. Siꝫis ſnia egregie habet .24. q. j. c. pudēda glo. etiam sup verbo auctoritate. c. j. errta de reli. ꝛ ve. sanctorū ait. quod ecclesia approbat ab omnibus approbandum est: eo q̄ eccle sia nunq̄ errat. ℌ eadem sententia habetur. xj. di. c quis nesciat. ꝛ. c. cōsequens est. ꝛ. 12. di. c. nō decet. ꝛ. c. preceptis apostolicis. ꝛ. c. sit q̄ cta ecclesia romana: ꝛ. 19. di. c. si romanorum ꝛ. c. quoniā vero. ꝛ. 21. di. c. Nunc aūt. ꝛ. 22. di. c. oēs. ꝛ. di. 40. c. si papa hereticus. Errat igi tur quicunq̄ non credit statutis apostolicis vel non credit in sanctorum canonizatione. ℙroinde Jeroni. 24. q. j. c. ℌ est fides aut. hec est fides papa beatissime quā in catholica ec clesia didicimus quā semp; tenuimus in qua si minus perite aut parum caute positum est emendari cupimus a te qui ℙetri ꝛ fidez ꝛ sedem tenes. Si aūt ℌ nostra confessio apo stolatus tui iudicio cōprobatur: quicunq̄ꝫ cul pare me voluit se imperitum vel maliuolu; vel etiam nō catholicum sed hereticum cō probabit. ℌ ille. Item. 24. q. j. c. omnibus con sideratis. idem Jeroni. ait. Cum enim eccle sie domus a christo potestatem acceperit li gandi atq̄ꝫ soluendi si quis hanc domuꝫ cor rigentibus ꝛ ordinantem contempserit sit ti bi sicut ethnicus ꝛ publicanus. Item. 23. di. c. In nomine domini dicitur. hereticus est q̄ ecclesie non obedit: ꝛ qui non credit. Item Nicola. papa. 22. di. c. omnes siue patriarchaſ ait. Qui romane ecclesie priuilegium ab ipso omnium ecclesiarum capite traditum auferre conat. ℌ proculdubio in heresim labit glo. scilicet contemptor est romane ecclesie. De inde sequitur. Et cuꝫ ille notetur iniustus hic est dicendus hereticus. deniq̄ꝫ. 81. di. c. si qui presbiteri dicit. Qui nō huic saluberrimo pre cepto obedire noluerit hydolatrie crimē incur runt Salomon testante ꝛ beato Gregorio instruente peccatuꝫ ariolandi: est nō obedire: ꝛ scelus hydolatrie nolle acquiescere. peccatū igitur paganitatis incurrit quisquis dū chri stianum se esse asserit sedi apostolice credere ꝛ obedire ꝛtemperit. hec ibi. Deniq̄ꝫ di. 22. c. non decet dicitur. Nō decet a capite membra discedere sed iurta scripture testimoniuꝫ omnia membra caput sequantur. Nulli ve ro dubiuꝫ est quin apostolica ecclesia: mater sit omnium ecclesiarum: cuius regulis ꝛ statutis nullatenus alicui conuenit deuiare. hec ibi. ¶Quadragesimi ꝛ vltimi qui aduersan tur diuino cultui ꝛ christiane fidei sūt omnes qui tenent ꝛ credunt q̄ substantia anime nō sit creata de nichilo sed simplicir de aliquo quoꝝ error dupliciter apparet. ¶Primus error est dicētium q̄ aia rōnalis procedit ex traduce seu de materia parētum filiuꝫ gene rantium. ¶Contra quos sunt quattuor. ¶Pri mo auctoritas. ¶Secō Ratō. ¶Tertio Simi litudo. ¶Quarto distictō. ¶Primo ꝺ taleſ ē auctoritas ph̄i. 16. de animalibus dicētis. So lus intellectus intrat in nobis ab extrinseco hec ille. Si igitur traducit ſba hominis ab ex trinseco: ergo rationalis anima non est extra duce parentū. Item. 3. de anima. Idem ph̄s ait. Intellectus. i. aima intelligit: q̄ non ha bet aliq̄ organū i corpore ſꝫ est separata ab omni organo. Item ecclesiasticus vltimo sa lomon ait. ℙuluis reuertet in terrā vñ erat ꝛ spiritus redibit ad deū qui dedit illum. hec ibi. ¶Secundo cōtra tales est ratio ꝟ causa litatis. Fundamentū rationis ponit cōmen tator super .ii. metha. di. Omne cui⁹ cā ē ige nerabilis ꝛ corruptibilis ipsū quoq̄ꝫ ē corrup tibile. patet hec regula. Nam q̄ arbor est ge nerabilis ꝛ corruptibilis ideo fructus proce dens ab ea est corruptibilis. ℙposituꝫ ē de solaribus radijs: qui cum habeant solē incor ruptibileꝫ: eo q̄ non recipit in se peregrinas seu contrarias impressiones: ideo ipsi cēntia liter in ipso existentes sunt incorruptibiles. Quo presuppposito: certū ē q̄ aia rōnalis ſm pbos ꝛ cōiter ſm omnes leges ꝛ sectas est i corruptibilis. Quod si sic est: ergo non est p uaturam propagabilis: ꝛ per consequens nō est extra duce parentuꝫ: ꝛ confirmatur ista ra tio. Nam si aia: est ex traduce. aut ergo aia ē ex carne parentum: aut ex anima eoꝝ. Ex car ne esse non potest quoniā ipossibile ē ſm ph̄z ex corpore fieri non corpus: aia aūt vt p̄z est ſi corp⁹. Si ex aia aut ergo ex tota aut ex pte Ex parte non: q̄ aia ſm ph̄m i primo de ani ma ē simplicissima. Si ex tota: ergo cū pater generat filiū: cū det ei tota animam suā desi nit ipse animam suaꝫ habere ꝛ per cōsequēs viuere. Quod est falsum: si pro q̄: ergo falsuꝫ est q̄ anima ex traduce oriatur. ¶Tertio con tra tales ē similitudo. Naꝫ gen. secundo. post formationeꝫ corpis primi parentis de limo terre dr. Inspirauit deus in faciē eius spira culuꝫ vite. Sed clarū ē q̄ spiratio ē per egres sum dei ab extrinseco. Quod si sic est: ergo q̄ libet anima p similitudinē ē imediate a deo ꝛ nō ex traduce pentuꝫ. ¶Quarto contra ta les ē distinctio Bone. in secundo. di. 18. ar. 2. q. 3. in cor. q. di. Cū queritur vtꝝ aia rationa lis fit ex traduce. Rndeo q̄ circa hec tripler

fuit opinio. ℙrima opinio ē aliquoꝝ phoꝝ qui dixerunt q̄ animaꝝ ꝓductio ē mediante intelligētia: qm̄ sicut corp⁹ celeste facit ad pro ductionē corporis hūani: vt dicit. 2. ph̄i. Sol ꝛ homo generant hominem: sic etiā intelligē tia facit ad productionez aie. Et hoc plures senserunt ph̄i: ꝛ sensisse vī auctor i lib. de cau sis. Ratio autem que mouet eos ad hoc po nendū: dicebant q̄ fuit diuina vnitas: que nō patiebaſ vt deus imediate produceret multa ꝛ diuina imutabilitas que non patiebaſ vt de⁹ ꝓduceret noua: ſꝫ ℌ tāq̄ hr̄tica abicięda sūt. Et ostensa ē talis opinio eē falsa. s. di. pri ma. vnde verbū illud de causis. tanq̄ hereti cuꝫ est respuendum: nisi quis intelligat q̄ aia dicit causari ab intelligentia: in hoc q̄ aliquā illuminationem suscipiat mediante illa intel ligētia. Intelligentia cniꝫ ſm pbꝫ excedit ani mam in claritate cognitionis. Et ideo dicit quidā pbs: q̄ anima rationalis cātur in vm bra intelligentie: ꝛ sensibilis in vmbra ratio nis. hoc autē dictū ē: quia vna deficit a per fectione alterius: nō q̄ vna producatur ab al tera. Est ꝛ secunda opinio: q̄ aia traducatur ex anima sicut caro ex carne: ꝛ sicut ab vna candela accēduntur multe: sic ab vna anima per sui multiplicationē: ꝛ absq̄ꝫ sui diminuti one viuificantur multa corpora: ꝛ de hoc ali quando dubitauerunt catholici tractatores ꝛ marime Aug. sic p̄z in li. sup gen. ad litterā ꝛ i lib. de li. ar. ꝛ in lib. retractationū. vbi etiā dicit: q̄ non potuit peruenire ad certitudinem huius questiōis. Ratio que fecit eum potissi me dubitare fuit transfusio originalis pecca ti. vez tū ipse Aug. banc positionem reprehē dit expresse in lib. de ecclesiasticis dogmatib⁹ cui⁹ auctem magister pōit in ſra: ꝛ ipse istum cūdē mōꝫ improbat sup gen. ad ſram: q̄ si per originale peccatū aia trāsfunditur ex ania: aut aia christi nō esset de genere aliaꝝ aiaꝝ: aut habuisset originale peccatū: quoꝝvtrūq̄ꝫ ē fal sū ꝛ ipiū. Et iō ē tertia opio catholica ꝛ vera q̄ aie nō seminātur nec traducanē: ſꝫ formatis corpib⁹ a deo creant: ꝛ creādo infundunt ꝛ infundēdo ꝓducunt. Aliaꝝ cni ꝓductioneꝫ sibi deus solū debuit reseruare: tū pp eaꝝ di gnitatē. tū pp eaꝝ imortalitatez. pp aiaꝝ di gnitatē dico: q̄ cū aia sit bymago dei ꝛ nata imediāte ferī in deū: ꝛ glorificari in ipso dili gendo eū ex toto corde: totū suum esse in me diante debuit ab ipso haberi: vt ipsum ex to-

to corde teneretur diligere. Decuit etiã hoc p̃ter aiarũ imortalitatẽ. Cũ em̃ solus de⁹ sit qui hẽat vitã̃ imortalẽ: solus ẽ qui põt p̃ducere p̃incipiũ vite ꝑpetuũ. Cuius igit̃ res icorruptibilis nõ possit substãtialiter in mãm trãsmutari: r opatio creature sit sup mãm transmutabilẽ: ipossibile ẽ aliquã creaturã rationalẽ aiã̃ producere. Et iõ eius productionẽ deus sibi soli debuit reseruare. hec Bona. verbaliter. Er p̃dicta auctore: rõne: similitudine atq̃ distinctiõe p̃z q̃lti aia non traducit de mã parentũ. ¶ Secũdus error ẽ dictiuus q̃ aia rõnalis nõ traducit de mã parentũ ſz simplicit̃ ꝓducit de ſba ipsi⁹ dei. Contra qs sunt tria. ¶ Primo auctoritas. Secũdo Ratio. Tertio distinctio. ¶ ¶ Primo ꝺ tales est auctorit̃as Aug. li. de ecclesiasticis dogmatib⁹ diffis. Credeñ. ẽ r firmiter tenẽñ. q̃ anime ñ sunt oẽs ab initio create vt origenes sensit ſz successiue nec cum corporibus seiant vt luciferiani affirmant nec de ſba dei generantur sicut quidã phi asseruerũt ſz dicimus aiam de nihilo creari r simul infundi: r creari i corpore conpacto r formato vt viuat in vtroq̃ hec ille. Secundo ꝺ tales ẽ ratio. vz impfectionis. fundamẽtũ rationis põit cõmẽtator sup. 3. phisi. di. Totũ eiusdẽ generis ẽ simplr pfecti⁹ sua parte: seu parte alteri⁹ generis: p̃z hec regula. Mã corp⁹ hõis pfectũ: pfectius ẽ q̃ cor q̃ est p̃ma pars corpis generata. Silr musca perfecta: ẽ nobilior q̃ sit solum cor hominis alijs ptib⁹ nũdũ formatis. Quo p̃supposito certũ est q̃ si anima est de ſba dei: cum anima sit pars toti⁹ hois: clarum est q̃ natura dei venit ad cõstitutionẽ hois. qđ si sic ẽ cũ pars sit minus nobilis q̃ totũ: cõcluditur necessario q̃ deus qui remanet pars ẽ minus nobilis r perfectus q̃ homo totus. Sed cum hoc sit falsũ r impium: ergo falsũ ẽ dicere q̃ anima ẽ de ſba dei. ¶ Preterea si anima hominis essẽ ex deo: aut ẽ de toto deo aut de parte. Si de parte ergo deus est cõpositus cum habeat partẽ r partẽ: qđ est omnino falsũ. Si de toto cum de⁹ sit immensus r infinitus ergo anima cuiuslibet hois immẽsa erit r infinita. Et per consequens quilibz homo erit omnipotẽs sicẽ de⁹: qđ cuz sit falsum: ergo falsũ est dicere: q̃ anima sit de substantia dei. Et confirmatur ista ratio sic. Si aia ẽ ex dei substãtia cũ ſba dei sit imutabilis ad prauitatem: clar̃ est q̃ anima non poterit deprauari per peccatum. sed cum contingat animaz deprauari: aut non est de substantia dei: aut substantia dei erit etiam depravata: sed cum de⁹ sit immutabiliter bonus spiritus vero rationalis paccare põt: apparet ex hoc q̃ rationalis anima nullo mõ põt de substãtia dei ipsius creari. ¶ Tertio contra tales ẽ distinctio beati Bona. i secundo di. 17. ar. 1. q. 1. in cor. q. di. Cum queritur vtrum anima hũana sit ex dei substantia. Respõdeo q̃ circa hoc tripler stat positio. ¶ Prima fuit quorũdam philorum dicẽtiũ q̃ intellectus human⁹ non erat aliud q̃ intellectus diuinus: ſz diuinus dicebat prout considerabat in se: humanus non prout perficiebat aliqđ corpus. Sz cum de⁹ sit nullius pars cõstitutiua pp suaz sũmã perfectionẽ: adeo positio ista fuit stulta r erronea. ¶ Secũda positio magis ipia r eronia fuit manicheorũ dicentium q̃ spirit⁹ rationalis: sit de dei substantia r natura. dicũt enim q̃ in homine duplex est anima sicut recitat Aug. in lib. de duabus animab⁹: quaz vna inclinat ad bona: r alia inclinat ad mala. Et illa que facit mala nõ potest facere vnq̃ bona. Illa que inclinat ad malus est de natura diaboli: sed illa que inclinat ad faciendũ bonũ est de ſba dei. Sz hec positio multipliciter a veritate ẽ alienа: q̃ ponit deuz cẽ eiusdem nature cuz creatura r alicuius creature esse materiam: cuz ponit creaturam fieri ex dei ſba. Et hanc positionem sequntur innumeralia inconuenientia: r hoc precipuũ ẽ q̃ implicat duo opposita dum ponit animam a deo esse factam: r cam cẽ de substantia diuina. deuiat etiaz a ueritate in hoc q̃ ponit i nobis duas animas cum hoc sit impossibile cuiuni⁹ matrie vna sit simpliciter forma vt dicitur sc̃do de anima. ¶ Et iõ ẽ tertia positio vera r catholica: q̃ aia nõ ẽ producta de dei substantia: sed de nihilo. De⁹ enim ad creaturas se hz in ratione cãe efficiẽtis formalis exẽplaris: ſz nullo mõ põt se ꝑbẽre in ratõe mãlis cuius q̃tũcũq̃z creatura sit nobil. hec Bona. verbaliter. Er predictis p̃z qualiter anima non ꝓducit er traduce parentũ: seu de substãtia dei. Et per consequẽs p̃z septima contẽplatio de diuino cultu que dicitur contẽplatio oppositionis in qua monstratum fuit qualiter sunt 40. genera personaz diuino cultui aducẽdum. Et per consequens patet quinta excellencia sacratissime fidei: que dicitur excellencia nobilitatis. In qua septez nobilitates ipsius fidei declarate sunt. Quas omnes nobilitates nobis omnib⁹ concedat obseruare dulcissim⁹ atq̃ pissimus redemptor noster Jesus christus: cui cum patre r spũ sãcto sit ois honor laus r gloria i secula seculoz. Amen.

¶ Feria quarta post quartã dominicã quadragesime de septa excellentia ipsius sacratissime fidei que dicitur excellentia integritatis.

Primus q̃ peccatores de⁹ nõ erudit. Scribũt hec verba. Jo. 9. r in euãgelio occurrẽtis ferie. post sacri euangelij litteraleꝫ r spiritualeꝫ expositioñeꝫ generoli ciues ex quo vt inferioribus claruit declarauit quintam excellentiam ipsius sacratissime fidei que dicta fuit excellẽtia nobilitatis: habeo in sequentibus declarare secundam ipsi⁹ fidei excellentiã q̃ dr excellentia integritatis pro cuius excellentie declaratione sciendũ est q̃ sicut ad perfectionez r bonitatẽ cuiuslibet virtutis moralis r acquisite oẽs sue circunstantie sibi sunt necessarie prout dicit ꝑbs. 3. ethicoz. c. 3. sic a simili ad perfectionem r bonitatẽ habitus sanctissime fidei: omnes circunstantie sunt necessarie aliter fides inutilis esset ad salutem. Et q̃ circunstantie in vna quaq̃z re: r per consequens in fide sint necessarie tripliciter probo. ¶ Primo naturaliter. Secundo materialiter. Tertio moraliter. ¶ ¶ Primo ꝓbo naturaliter ad hoc eni q̃ arbor sit perfecta requirit necessario tres circunstantias. vz. ſbam locũ ydoneũ: virtutẽ r operationẽ: pp qđ ꝓbs ꝑ de celo r mundo ait. nã apta sic fecit q̃ ad perfectionez vni⁹ cuiusq̃ rei tria requirunt. vz ſba virtus r operatio. vnde si desit aut locus, ꝓportiona⁹. aut operatio. i. fruct⁹ aut virtus. i. potẽtia faciendi fructũ: arbor ipsa erit penitus inutilis r iperfecta. ¶ Secundo ꝓbo mãlr seu artificialiter q̃ circunstantie sunt necessarie ad habẽdaz verã fidẽ sicut enim habet secũdo phisi cor finis cuiuslibet rei necessitatẽ ponit oib⁹ his que sunt ordinata ad finẽ. Quod sic patet. Mã sanitas q̃ est finis r desideriũ ipsius infirmi ad hoc vt pfecte habeatur: exigit cõsiliũ medici: exigit abstinentiã a nociuis: exigit medicinã, ꝓportionatã: exigit mẽsurã ipsius medicine. vt non detur nimis magna vel minis parua. exigit debitũ tẽpus. i. vt non detur nec recipiat medicina in tẽpore contrario r periculoso sicut ẽ in reuolutiõe lune: exigit r Quib⁹ premissis certũ ẽ q̃ si vna predictaz circũstantiaz defficiat: egro⁹ aut nunq̃ sanabitur: aut ipfectã habebit sanitatẽ. ¶ Tertio hoc idẽ probo moraliter r spiritualiter. Mã ꝓbs 1. r 5. ethicoz. dicit q̃ ordo agẽtiũ debet cẽ circunstantiatus fm ordinem finiũ. Quã auctoritatẽ declarans Ricar. in suo quolibeto dicit ad hoc q̃ aliqua virtus moralis suam habeat perfectionem: quinq̃z circunstantias ꝓsupponit. vz. potentiã: habitum: actum: obiectuz r finẽ adde sextuz videlicet: r temp⁹ qđ patet per exemplum helymosine. Nam ad hoc q̃ helymosina sit meritoria ꝓsupponit potentias voluntatis sine qua helymosina nõ fieret. Nam lignum cum careat potentia voluntatis libera ad faciendum helymosinam hinc est q̃ in eo non potest esse virtus helymosine. ¶ Secundo helymosina requirit actum. i. consensum faciendi helymosinam qui consensus fundatur in potentia voluntatis. ¶ Tertio helymosina requirit actum. i. q̃ detur panis vel vinum r huiusmodi. ¶ Quarto requirit obiectum debitum. i. q̃ detur persone indigenti. ¶ Quinto requirit finẽ. i. q̃ si at propter deũ r nõ ꝓp explendã libidẽ cũ ꝑsona aliq̃ aut ꝓp inanez glaz ¶ Sexto requirit tps. vt. s. fiat in hac vita in qua gsq̃z meri põt: r nõ i alia. Dijs premissis claz̃ est q̃ si deficit vna tiñ predictaz circũstãtiaz nunq̃ helymosina erit pfecta Silr dicas: q̃ ad pfectionẽ sacerdotij regrunt circũstantie ordinũ ꝓcedẽtiũ. Er ꝑmissis oib⁹ arguo a simili q̃ sãctissima fides ad hoc q̃ sit pfecta r meritoria exigit oio oẽs suas circũstãtias sic exigũt cetere oẽs virtutes ifuse, put tradũt theologi i. 4. di. 17. de circũstãtijs ꝓfessioni necessarijs r i. 4. di. 19. de circũstãtijs ad fraternã correctionẽ necessarijs. Et i. 4. di. 20. de circũstãtijs penitẽtie necessarijs facte i extrẽis. Que oia ꝓfirmãt. ex de finia exco. c. sup eo. vbi ẽt dr: q̃ ad executõez finis seu virtutũ tã moraliũ q̃z i fusarũ. oẽs circunstãtie sunt necessarie. vt igit̃ gsq̃z possit intelligere an habeat integritatez fidei seu que sunt circunstantie ad bonitatez ipsius fidei simpliciter necessarie: in sequentibus hoc plenius declarabo. Nota igitur cõclusiõaliter q̃ octo ꝑcipue sũt circũstãtie: adverã fidẽ oio necessarie. ¶ Quaz ꝓma dr circũstãtia. cõpletiõis. Secũda dr circũstãtia confessiõis. Tertia dicitur circunstãtia operatiõis.

¶Quarta dicitur circunstantia intensionis. ¶Quinta dicitur circunstantia formationis ¶Sexta dicitur circunstantia iquisitionis. ¶Septima dicitur circunstantia obiectiõis ¶Octaua dicitur circunstãtia fortificatiõis. ¶De octo circunstantijs ad veram fidẽ necessarijs.z primo de prima.que dicitur circunstantia completionis.

Prima igitur circunstantia ad integritatẽ vere fidei necessaria dr circunstãtia cõpletionis. Ad hoc enim q fides vniuscuiusq3 sit vera z meritoria: oportet q quisq3 complete z integraliter simul credat omnes fidei articulos implicite aut explicite. Et vltra hoc credat omnia que ab ipsa vniuersali ecclesia determinate credenda prepo nuntur. Et si quis contra hoc faciat.v3 q tñ vnum articulum discredat:aut malitiose cõtenat:seu per ignorantiã aliter teneat vel eret.ergo talis non habet in se fidem integrã z cõpletam:ipossibileq3 est q vnq3 saluetur: dato q credat in omnes alios fidei articulos Et vltra hoc omnia bona sibi possibilia per fidem operetur Quod quadrupliciter probo ¶Primo auctoritatibus. ¶Secundo rationibus. ¶Tertio distinctionib9. ¶Quarto similitudinibus. ¶Primo probo auctoritatibus q qui credat omnes fidei articulos z errat i vno per malicias z ignorantiam. Etiã si oia bona opera faciat necessario dãnabitur: vnde lactanti9 in lib.de opificio ait.Qui itegre sũmã fidei atq3 veritatis non tenet:semp erret z damnetur necesse est.hec ille. Item Jacobi.2.dicitur.Qui seruauerit totam legem offendit aũt in vno.scilicet fidei articulo: sm Bo.factus est omniu3 reus. Et Salomon ecclesiastes.9.ait.Qui offendit in vno.scilz articulo:multa bona perdet.Augusti.etiam in lib.de moribus ecclesie.ait.Etiã si perseueraueris in oibus fidei bonis:z deficias in vno iustitia dei iudicabit te:ac si nullum vnq3 fecisses bonum.hec ille. Deniq3 actuu3.8.dicit Si credideritis in toto corde vestro salui eritis. Nota q dicit in toto corde vestro. Nam cõmentator super primo phisicor dicit Totũ nihil aliud est:nisi omnes partes alicuius rei simul sũpte. Oportet igitur q qui vult saluari toto corde credat.i. omnes articulos fidei simul in mente per fidem teneat. Et ex prefactis auctoritatibus patet:qualiter de necessitate vere fidei atq3 salutis est vt omnes simul fidei articulos quisq3 credat:z nullũ per notabilem ignorantiam z malitiã discredat. Potes hic tu dei preco verbaliter exponere symbolum paruu3 apostoru3. ¶Secundo hoc idẽ pbo tripliciter. ¶Primo rõe preceptionis. ¶Scõo rõe assimilatiõis. ¶Tertio rõne remotiõis. ¶Primo pbo rõe pceptiõis. Fũdamentum rationis põit saluator Mat. quito.di. Estote perfecti.s.in habitu z virtute fidei:sicut zc. Quo presuppositio:certum ẽ sm philosophũ quinto metha.q omnis habitus seu sba tunc perfectus est:quando sm speciẽ proprie virtutis nulla pars deficit eius que sm nãm sue magnitudinis est.hec ibi.Quod si sic est:ergo patet q siquis errat malitiose vel ignoranter in solo fidei articulo:talis vtiq3 habet fidem inperfectam:z per cõsequẽs agit contra preceptũ saluatoris. Et ideo et hoc cõcluditur q talis etiã si omnia bona alia faciat est integer in culpa mortali z in statu eterne dãnationis. ¶Secundo hoc idem probo ratione assimilationis. Fundamentum rationis ponit auctor in lib.de causis.di. Omnis effect9 naturaliter habet similitudinẽ cause a q ẽ patet hec regula. Nam sm pbm domus facit domum:z hymago hymaginẽ:quasi dicat q domus vel hymago que fuerit ab extra est quidam effectus z similitudines domus et hymaginis que sunt ab intra:vel que sũt in mente p rationẽ fabricate. Similiter filius habet similitudinẽ patris:pro eo q si pater ẽ hõ vt asinus:sic z filius ẽ hõ vel asinus. Quo presuppositio:certum ẽ q deus infundit habitum fidei in anima rationali.dicente Augusti.in li bro de li.ar.z ponitur de cõse.di.4.c. gratia. fides inquit nõ ẽ li.ar.tantũ sed donum dei. Sed clarũ ẽ q deus ẽ cã perfectissima dñr pbo secundo metha. De9 inquit ẽ principium nobilissimũ optimũ et perfectissimũ. Nõ si deus est cã perfectissima: ergo simpliciter pdücit opa perfecta dñr Anno.tertio.ex.de baptismo.in.c.maiores.§.verum qdam.Dns ingt qui totũ hominẽ sanum fecit in sabbato:opus imperfectionis nõ nouit:z ob hoc peccata nõ ex parte sed semper ex toto dimittit.hec ibi. Et prophcta dicit.Dei pfecta sũt opera. Nõ si sic est:ergo a simili habitus fidei a deo in anima infusus vtiq3 perfectus erit:z cũ perfectum sit simpliciter vt dicitur.3.phisicoru3 cui nihil deest:concludo propter hoc q habens fidem infusam a deo omnibus simul

fidei articulis simpliciter fidẽ pbet. ppterea saluator Jo.i4.dicit. Paraclitus aũt spũs quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnem veritatem.s.fidei:z suggeret vobis omnia quecũq3 dixero vobis. His p missis patet:q si quis pertinaciter aut ignoranter errat:seu deficit in solo fidei articulo: talis vtiq3 fidem habet imperfectam. Sz cũ fides imperfecta nullaten9 possit a deo egredi: sequitur q talis fides simpliciter procedit a propria fantasia: z per consequens non est salutifera. ¶Tertio hoc idem probo ratiõe remotionis. Fundamentum rationis ponit phs.6.topicoz.z in.7.physi.di. Remota prte diffinitionis ab aliquo diffinito: remouetur etiam essentia diffiniti.patet hec regula. Nã remota ratiõe:que est pars hominis ab ipso homine: necessario removet z essentia hois ipsius:quia.s.amplius non erit homo. Quo presuppositio:peto quid est fides essentialiter Et certum est sm Aug.li.de fide.ad Petrũ q fides est habit9 quo vniuersaliter omnia credenda simul creduntur. Nõ si sic est:manifestum est q si quis maliciose aut ignoranter errat in vno articulo:rollit vnam differẽtiam ab essentia ipsius fidei: qua ablata necessario concluditur:q amplius non est vera fides: sed vbi non est vera fides ibi nullatenus potest esse salus. ¶Tertio insuper pbo distinctionibus.q ad fidez veram z meritoriam necesse est q quisq3 integre simul credat omnes fidei articulos z nullũ discredat. Prima distinctio est Thome.qui querit.2.2. q.5.arti.3. Utrũ hereticus seu altus rpian9 qui discredit vnum solum articulũ fidei possit habere veram fidez etiã informẽ de alijs articulis:z per cõsequẽs saluari: z rndet di. Hereticus qui discredit vnum articulũ nõ habet habitum fidei formate: nec informis cuius ratio est: quia species cuiuslibet habitus rez dependet ex formali ratione obiecti qua sublata species habitus remanere non potest. Formale aũt obiectum fidei est veritas prima sm scripturas sacras: vnde gcũq3 nõ inheret sicut infallibili diuine regule doctrine ecclesie:que procedit ex veritate prima i scripturis sacris manifestata: ille non habet habitum fidei: sed ea que sunt fidei alio mõ tenet q3 fidem. Sicut si aliquis teneat mẽte aliqua conclusionẽ:non cognoscens mediu3 illius demonstrationis:necesse est q non habeat eius scientiam:sed opinionez solũ. Manifestum est autẽ q ille qui inheret doctrine ecclesie rãq3 infallibili in omnibus assentit q ecclesia docet. Aliogn si de his que ecclesia docet que vult tenet:z que vult non tenet:nõ iam inheret ecclesiastice doctrine: sicut infallibili veritati:sed propie voluntati z fantasie. Et sic certum est q hereticus est:qui pertinaciter discredit vnum articulum:z nõ ẽ paratus in omnibus sequi doctrinam eccle. Si aũt non pertinaciter:aut ex notabili ignorantia iam non est hereticus:sed solum errans. propter qõ manifestum est:q ille q discredit vnum articulum:non habet fidem de alijs sed opinionem quãdam sm propriam voluntatem.h Tho.verbaliter. Et qua distinctione patet q ad salutem vniuscuiusq3 requiritur integra fides simul omnium articulorũ. Et nota q non sufficit ad salutem credere implicite z vniuersaliter oẽs fidei articulos quos tenet ecclesia:sed de necessitate salutis est vt aliqui credant explicite. Et primo oz q ipa trinitas non credat in genere z implicite: sz in specie z explicite.propter qõ Tho.2.2.q.2.arti. 8.querit an credere trinitatẽ psonaz in vna substantia explicite semp fuerit z sit de necessitate salutis. Et rndet i cor.q.di. Mysteriu3 Christi seu incarnatiõis explicite credi non põt sine fide trinitatis:quia in mysterio rpi hoc primek q filius carnẽ assumpserit: q per gratiam spũs sancti mundũ renouauerit: et itez q de spũ sancto cõceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysteriũ rpi ante rpm fuit explicite creditũ a maioribus.implicite autẽ et quasi obũbrate a minoribus:ita etiã z mysterium trinitatis. Et ideo etiã post tps gratie diuulgate:tenent omnes ad explicite credere mysteriũ trinitatis. Et oẽs qui renascuntur in rpo hoc adipiscũr per inuocationẽ trinitatis.sm illud Matth.vlti. Eũtes docete oẽs gentes baptizantes eos. In noie.p.z f.z sp.s. h Tho.verbalr. Tenet insup sup oia quisq3 credere z explicite pfiteri mysteriũ seu articulos incarnatõis rpi:z q tres substantie diuerse simul fuerũt in vna z eadem psona:vz substantia corporis:substantia aie:z substãtia diuinitatis. Nec sufficit ad salutẽ dicẽ ego credo totũ qõ credit scã mr ecclia:sed oz q gsq3 explicite z priculr credat hoc z hoc.di. Credo incarnatõez rpi: pceptionẽ ex spũ scõ:mortẽ resurrectionẽ:z hmõi.ac ascensionez. Quod

vtiqz ꝟfirmans Tho.2.2.q.2.arti.7.dic̃ cum queritur.an credere explicite mysteriū xp̃i sit de necessitate salutis apud oēs.rndeo q illō propc̃ t per se ptinet ad obiectū fidei per qō homo beatitudinē ꝟsequit.via aūt hoib⁹ veniendi ad beatitudinē est mysteriū incarnationis t passionis xp̃i.dicit enim Matth.4. Non est aliud nomen datuz hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Et ideo mysterium incarnationis xp̃i.aliqualr oportuit omni tpe esse creditū apud omnes: diuersimode tn̄ ꝟm diuersitatē tempoꝝ t psonarū Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de xp̃i incarnatiōe ꝟm q ordinabat ad ꝟfirmationē glorie. nō aūt ꝟz q ordinabat ad liberationē a peccato per passionē t resurrectionē:q3 homo non fuit prescius peccati futuri:videt tn̄ incarnatiōis xp̃i prescius fuisse per hoc qō dixit Beñ.2.Relinquet hō patrē t matrē t adhercbit vroꝛi suc. Et hoc apls ad Ephc.5.dicit. Sacramētum magnū esse in xpo t ecclia:qō qdem sacramentū non est credibile ꝑmū hominem ignorasse. ꝓost pctn̄ aūt fuit explicite creditum mysteriū xp̃i non solum quātum ad incarnationē xp̃i: sed etiam quātum ad passionem t resurrectionē qbus humanuz genus a peccato t morte liberat. Aliter enim non prefigurassent passionē xp̃i quibusdam sacrificijs t ante legez t sub lege.quoꝝ qdē sacrificiozū significatū explicite maiores cognoscebant.minores aūt sub velamine ipsoꝝ sacrificioꝝ credentes ea diuinitus cē dispōsita de xpo venturo quodāmodo habebāt fidē velatam. Et sicut supradictū est.s.q.illa arti.7.i solutione ꝑmi argumēti. Ea que ad mysteria xp̃i ptinent tanto distinctius cognouerūt quāto xpo ꝑpinquiores fuerunt.post autem tps gratie reuelate tam maiores q̄s minores tenent habere fidez explicitam de mysterijs xp̃i:precipue quātum ad ea que cōiter in ecclesia solēnizant t publice ꝑponunt: sic sunt articuli incarnatiōis:passiōis:t hmōi. Alias aūt ꝟsideratiōes subtiles circa incarnatiōis articulos tenent aliqui magis t minus explicite credē ꝟz q ꝟcunct statui t officio vni⁹ cuiusq3 .b Tho.verbalr. Et q quisq3 non tn̄ implicite tenet oēs articulos incarnationis xp̃i credere sed etiā explicite ꝟfirmat egregie seraphicus Bonauentura in.3.dis.25.ar.1.q.3.in cor.q.di.Cū querit inquit an oēs tenēt explicite credere oēs articulos post aduentū xp̃i. Rndeo q oēs xp̃iani post aduentuz xp̃i tenent credere oēs articulos.hoc autē triplr pōt esse:aut oēs credere implicite:aut oēs explicite credere:aut quosdā explicite quosdam implicite.Credere oēs implicite est fidei diminute.non enim sufficit modo alicui q bē vsum rōnis in generali redēptorē credere et remuneratorē. Adeo enim noticia quorūdaꝫ articuloꝝ manifestata est:q nullus hūs vsuz rōnis ignorat nisi oīo negligat t ꝺtēnat dei cultum t salutē suā.Credere aūt quosdā implicite t quosdam explicite hoc est fidei ad salutē necessarie.pōt cniz fidei simpliciū sufficē Ad illos aūt tenent explicite credēdos quos manifestat eis non solū predicatio:sed etiam ecclesiasticus vsus t ꝺstudo: sicut ē de vnitate trinitatis quā possunt nosce ex ipso actu configurationis. Signāt enim sc. In noie.p. t fi.t sp.s. Sicut etiā est de natiuitate xp̃i passione resurrectione t peccatoruz remissione: quos cognoscere pñt etiam ex ipsis solēnitatibus quas ecclesia celebrat. Ideo ab horum cognitione t noticia nullus rōne vetus excipitur:nec ignorantia excusat: q3 non pōt esse talis ignorantia sine negligentia t ꝺctu. Ad aliquos etiā articulos non ita manifestos pertinent vtiqz credere implicite. Implicite aūt voco credē vt in generali credant vlr qō credit sacro scā mr ecclia:ita q i pticulari a nullo illoꝝ dissentiāt:nec aliquē articloꝝ discredant. Credē aūt oēs articulos explicite t distincte est fidei iam ꝓuecte.hoc cni nō est de gnāli fidei necitate:ſz si alicui ē necīuz. Illis tn̄ est necīuz q in cognitōe fidei ꝑfecerūt. Et illis potissime q alijs fidē explicare manifestare tenent:vel etiā qui offiñ docendi t ꝑdicandi assumūt:sicut sunt bōtes curam animaꝝ t ꝑdicatores verbi dei:t doctores sacre scripture:t alij quoꝝ conuersatio versaꝫ circa fidei veritatē:hoc tn̄ non credo esse oportunū oibus q saluant. Adulti cni sunt boni simplices q cuius sint parue cognitiōis sūt tn̄ magne deuotiōis:t tales pium est credē ad salutem pucnire. Et ꝓpterea ꝟcedendū est q ſz sit oportunū oibus non solū credere oēs articulos implicite:sed etiaz quosdam explicite post aduentū xp̃i:non tn̄ est necessariuz oib⁹ matime simplicibus credere oēs explicite. .b Bonauentura verbaliter. Et qua etiam distinctione simul cū ceteris: ꝑz qualiter unc-

gritas oium simul articuloꝝ cuilibet ē necia ad salutē. Nec mirꝫ si nunc qsq tenet ad oia predicta integraliter credendū: cū etiā añ adventum ipsius xp̃i:,put egregie t formaliter ponit Bonauentura in.3.di.25.ar.1.q.2. Nullus vnq̄ saluatus fuit nisi explicite vel saltez implicite oēs articulos ipsius mysterij xp̃i crediderit. Quarto deniq3 ꝑbo per filitudinē q ſi qs etiā oēs articulos crediderit t erret seu discredat in vno:talis ,pfecto nullum hz habitū vere fidei ad salutē meritorie. Pria similitudo est Tho.2.2.q.5.ar.3.in argumēto ad ptem negatiuā: t etiā Bonauē.in.3.dist. 17.ar.1.q.4.in solutōe vltimi argumēti:q sic arguūt. Sicut inquiūt se habet caritas circa peccata sibi opposita:sic se hz fides circa falsitates sibi cōtrarias t errores. Sed manifestum est q totus habitus caritatis perditur per solū peccatū sibi ꝺtrariū: ergo a sili tot⁹ habitus vere fidei ꝑditur per vnū errorē sibi contrariū seu per vnam falsitatē. Aliam similitudinem ponit ꝓaulus.1.ad cozin.5.di. Mō enim est bona gloriatio vestra.s.de fide nescitis q3 modicū fermentuz totā massam corrumpit.b ille. Sicut igitur ꝟm ꝓaulum modica mala herba corrumpit totū optimū granū:sic per similitudinē ꝑ modicū errorez t falsitatē corrūpit tot⁹ habit⁹ vere t optime fidei. Et ideo sicut mala herba extirpatur ab optimo grano ne corrumpat:sic ēt modicus error t falsitas ꝺz auferri a quolibet būano corde ne fides sanctissima corrumpat. ꝓpterea ꝓaulus vbi supra statim subiunxit di. Expurgate ergo vetus fermentuz vt sitis noua conspersio:sicut estis t azimi. Et enim pasca nostrū imolatus est xps. Itaq3 epulemur nō in fermento veteri neq3 in fermēto malitie t nequitie:sed in azimis sinceritatis t veritatis.b ibi. Aliam silitudinem ponit pbs.14.de aialibus. ꝓaruus inquit humor t modica alteratio in corpore faciunt multā operationē tam vite q̄s sanitatis. Qua simi litudine dat intelligi:q etiaz paruus error t falsitas ꝟsumunt totam ꝑfectionē vere fidei Aliam similitudinē ponit idez pbs.6. etbi. di. Oēs virtutes inerunt prudentia existente quoꝝ nulla vel minima erit prudentia non existente:q3 prudentia est recta rō agibilium sine qua nulla virtus recte operatur.hec ibi. Qua similitudine etiam concludo q vbi nō est habitus vere fidei qui ē generatiuus oiuz aliarum virtutum:qui etiam sicut patet per modicū errorem est corruptiuus:nulla poterit vnq̄ vera virtus in aia existere. Deniq3 probo per similitudinem scic naturalis:ꝟz q verus habitus fidei cogit credētē oēs simul articulos credere t nullus discredere. Certū est enim q cum ꝑma veritas fidem inspirat sic ꝟsciam inflāmat vt sicut aliquis naliter cogitur ipsa euidentia cōsentire isti veritati. Omne totum est maius sua parte ita ꝑ habitum infusum vere fidei ipsa informatione conscientie artatur quisq3 t cogit vniuersalr cōsentire ad omnia ea que ꝓcedūt a ꝑma veritate ,ppter se:vnde sicut negare hāc particularem veritatem:ꝟz omne totum est maius sua parte est cōtra ꝟsciam:ita a simili negare solum fidei articulū:est etiam contra cō scientiam:vnde beatus Ignatius dum compelleretur xp̃m negare. Rndit se non posse: quia habebat nomen eius scriptum i corde. Et ideo ad ꝑbandum qualem impressionē veritatis faciebat fides in mente post mortē eius inuentum est nomen Jesu xp̃i scriptuz litteris aureis in corde suo. Ex quibus similitudinibus patet q nullus habet sapientiaz vere fidei nisi omnes simul articulos credat in corde suo. Dō confirmās pbs.1.phys. dic̃ Sapiens simplr est qui simul omnia nouit sicut cōuenit. Et.1.metha.dicit. Ad sapientē pertinet scire omnia in vniuersali:t scire difficilia:t habere sciam certiorem alijs: t scire reddere causas eoꝝ que scit: t habere sciētiā que suiipsius tn̄ causa est t nō causa alteri⁹ t habere scientiaz que ordinet se t alios fibi seruientes.hec ibi. Ex predictis auctoritatibus:rōnibus:distinctionibus: atq3 similitudinibus.p3 qualiter de necessitate salutis est vt vnusquisq3 non diminute sed integre credat simul omnes articulos fidei. Et per cōsequens etiam patet ꝑma circūstantia ad integritatem vere fidei necessaria: que dicit circūstantia completionis. Qua fidei circūstantiam t integritatem nobis concedat creator noster:t dns Jesus Christus: qui viuit t regnat in secula seculorum. Amen.

Feria qnta post quartam dominicā quadragesime. Iterum de integritate ipsius sacratissime fidei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adolescens tibi dico surge ⁊ resedit q erat mortuus ⁊ cepit loqui. Scribunt hec verba Luc.7.c. ⁊ in euangelio occurrentis ferie. ¶Post sacri euāgelij litteraleꝫ ⁊ spāalem expositionem spectabiles ciues: er quo ꝝ claruit in precedenti sermone declarauī pmā circūstantiā: que dicit cōplerionis ad integritatē vere fidei necessaria: in q̄ monstratum fuit qualr vera fides regrit: q̄ gsqꝫ in oēs fidei articulos credat ⁊ non discredat nūc habeo in pñti sermone simplr declarare Scōam circūstantiam: ad integritatē ipsius fidei vere summe necessariā: que dicit circūstantia confessionis: cuius circūstantie declaratio talis erit.

¶ De scōa circūstantia ad integritateꝫ fidei necessaria: que dicitur circūstantia ꝓfessiōis.

Secunda insup circūstantia ad integritatē vere fidei necessaria: dicit circunstantia confessionis. Non enim sufficit ad veram fidem ⁊ salutē: vt gsqꝫ credat in corde suo implicite aut explicite oēs fidei articulos: sed cū tempus: locus: ⁊ nēcitas exegerit: oꝫ q̄ ore ꝑ̄o publice ꝓfiteat: etiam si per talem ꝓfessionē gsqꝫ morē deberet incurrere. Ad ât dico de veritate fidei ore manifestanda: intelligo etiā de ꝓiliarijs cōicatū ⁊ de testibus qui ꝓducunt in foro iudiciali: qm̄ ab eis est semp veritas dicenda: ⁊ nūq̄ contra caritatē ꝓximoꝝ maliciose tacenda Circa igit hanc veritatē confessionis ad fidē necessarie tria ꝓpono. ¶Primo suā oppositionē. ¶Scōo suam verificationem. ¶Tertio suaꝫ satisfactionē. ¶ Primo circa ꝓfessionē ad verā fidem necessariā ꝓpono suā oppositionē. Visum est enim aliquibus: q̄ ꝓfessio vocalis nulli sit necessaria ad salutē: ſz cuilibet simplr sufficit habitus iteriꝰ fidei ad salutem. Et hoc ꝑbare nituntr duplici ratione. ¶Primo rōne vanitatis. ¶ Scōo rōne causalitatis. ¶ Primo ꝑbant rōne vanitatis: ficut claꝝ est. Vanū enim inquiunt fm phm j. de aia. ⁊. 2. phyſi. Est fieri per plura q̄ pōt fieri pe paucioꝛa. Sicut exempli gratia. Vanum est equū emere cum centū ducatis: cuꝫ idem possit emi cū .22. silr. vanū est lignū incidere cū .22. icibus: q̄ vno ictu incidi potest. Quo concesso cum homo sit ordinatus ad finem eterne beatitudinis. Certū est q̄ illis vꝫ ad beatitudinem sufficere: per q̄ bō attingit finem virtutis. Sed claꝝ est q̄ finis secūdarius ipsius fidei est coniunctio humane mentis ad veritateꝫ diuinā: que coniunctio vtiq̄ etiā pōt esse sine exteriori ⁊ vocali ꝓfessione. Ad si sic est: ergo apparet q̄ vocalis ꝓfessio fidei est superflua ⁊ non necessaria ad salutem. ¶ Scōo hoc idem ꝑbant rōne causalitatis ⁊ pro fundameto rōnis accipiūt dcm̄ apli. j. cor. 9. dicentis. Sine offensione estote iudeis ⁊ gentibus ⁊ ecclesie dei. hec ibi. Quo cōcesso ꝑz: q̄ illud q̄ pōt vergere in scandalū ⁊ turbationē alioꝝ non est necessariū ad salutem. Sed certū est q̄ ꝓ cōfessionē fidei q̄q̄ ad turbationē hereticī ⁊ infideles cōuocant: ergo videt q̄ publica ꝓfessio fidei non sit necessaria ad salutē. ¶ Scōo circa ꝓfessionem ad veritatē fidei necessariam ꝓpono suā verificationē. Quāuis enim vt ꝓcactū est videatur aliqualr q̄ ꝓfessio fidei vocalis nō sit necessaria: tū pro veritate firmiter tenendꝫ est: q̄ non tm̄ habitus ipsius fidei est necūs ad salutem: ſz etiam ipsa ꝓfessio oris: q̄ quadrupliciter ꝑbo. ¶Primo auctoribus. Scōo rōnibus. Tertio distinctionibus. Quarto exemplis. ¶ Primo probo auctoribus. Nam apls ad Ro. 10. dicit. Corde eni credit ad iustitiā. ore aūt ꝓfessio fit ad salutē. Et Aug. li. de fide ad ¶Pe. ait. Vix fidelem nō soluꝫ oꝫ corde credere: sed etiā fidē suā ꝓpo ore ꝓfiteri. Sine qua fidei ꝓfessione nō oꝫ sperare salutem. gd eni ꝑdest corde credere ⁊ ore mentiri: hec ille. Item Luc. 10. saluator ait. Dico aūt vobis. Oīs quicūq̄ confessus fuerit me coram hoībus: ⁊ filius hoīs ꝓfitebit illū coram angelis dei: qui ât negauerit me coram hoībus denegabit coraꝫ angelis dei. hec ibi. Dicit glosa super illō ad Thessa. 10. vꝫ ⁊ opus dei in virtute. dicit. Cōfessio ꝑprie est opus dei. Item. xj. q. 3. c. Nolite timere. dicit. Ille non solum ꝑdit̄or est veritatis qui mendacium dicit: sed etiam qui veritatē ore libere nō ꝓnunciat. Et ibidem dicit. Qui veritatē non defendit quā defendere cōuenit ꝑdit̄or ē veritatis. Ibi. Item. xj. q. 3. c. Nemo peritoruꝫ dicit. Melius ē pro veritate oris pati supplicium: q̄ pro adulatione consequi beneficium. Et cē de crimine falsi. c. falsidicī. dicit. Deus est qui veritatem occultat: ⁊ qui mendacium dicit. ¶ Scōo hoc idem ꝑbo triplici ratiōe.

Primo ratione ordinatiōis. ¶ Scōo rōne falsitatis. ¶ Tertio rōne disiunctōis. ¶ Primo probo rōne ordinatōis. Fundamentū rōnis ponit Dionysius. 4. de di. no. di. Sine ordinabilibus ad alterꝫ illud alterꝫ deficit a ꝓpria bonitate. paret hec regula. Nam q̄n sacerdotium est ordinatum vt cr hoc ascendatur ad papatuꝫ: si sacerdotiū deficit: deficit ⁊ papat⁹ cum hoc non possit esse sine isto. Silr quia operatio est ordinata ad habitum charitatis dicente Grego. ¶Probatio dilectionis ē exhibitio opis: hinc est q̄ si deficit operatio necessitatis tēpore deficit ⁊ habitus charitatis. Quo ꝓsuppositō certū est q̄ vocalis confessio fidei: est actus. gdaꝫ ordinatus ad habitū ipsius fidei ab ipso deo. ⁊ ꝑpter q̄ etiā ꝑbs j. periermenias ait. Voces sūt actuaſr note ⁊ signa caꝝ rez que sūt in aia. Ad ꝓfirmās saluator ¶Matth. 12. dicit. Ex abūdantia cordis. s. fide informati os loquit. Et bonus hō de bono thesauro cordis sui. i. de bono habitu fidei ꝓfert bona. i. actualem confessionem Ad si sic est: concludit q̄ sicut confessio fidei est quedam bonitas ipsius habitus fidei: sic per oppositum nolle cōfiteri ꝑpō ore ipsam fidē est quedā prauitas. Ad ꝓfirmās Tho. 2. 2. q. 19. ar. xj. in cor. q. dicit. Sicut bonū vnuscuiuſq̄ rei est: vt ordinē suū seruet: ita malum vniuscuiusq̄ est vt ordinē suū deserat. ordo aūt creature rōnalis est vt sit sub deo ⁊ supra ceteras creaturas. vnde sicut malus creature rōnalis est vt subdat se creature inferiori per amorē: ita etiaꝫ malū est si se deo non subijciat in oibus que ordinauit: ſz i ipꝫ presumptuose insiliat vel contēnat. Ibi ver baliter. Et quibus verbis dicitur q̄ pessima res est fidem ore non ꝓfiteri: cum talis actus sit de perfectione habitus fidei: ⁊ per ꝓns a deo ordinet. Que oīa egregie concludēs idē Tho. 2. 2. q. 3. ar. j. in cor. q. dicit. Cum queritr an ꝓfessio sit ꝑ̄us actus fidei. Rñdeo q̄ sic quia actus exteriores sunt ꝑ̄e actus illius virtutis ad quoꝝ fines fm suas spēs referūt sicut ieiunare fm suam spēm refert ad finem abstinentie qui est compescere carnē: ⁊ ideo actus est abstinentie. Confessio aūt cor que sunt fidei fm suam spēm ordinat: sicut ad finem ad id q̄ est fidei: fm illō. 2. cor. 4. hūtes eundem spēm fidei credimus: ꝑpter q̄ ⁊ loquimur: vnde exterior locutio ordinat a deo ad significandū id q̄ in corde ꝓcipit. Vnde sicut cōceptus interior eorum que sunt fidei est ꝑprie fidei actus: ita ⁊ exterior locutio. h Tho. verbaliter. ¶ Scōo etiā probo ratione falsificationis: q̄ quilibet ꝓ loco ⁊ tpe tenet veritatem fidei ore cōfiteri: vnde posito casu q̄ turchus diceret vni xp̄iano: aut nega fidē xp̄i: aut morieris: oio non sufficeret ad salutē realiter in corde fidem tenere ⁊ ore oppositū dicere. Vnde fundamentū istius rōnis pōit phs. j. elenco. dicens. Sapientis opus ē in vnoquoq̄ non mentiri de qb⁹ nouit ⁊ mentientem posse manifestare. hec ibi. Quo concesso. vꝫ q̄ nulli ꝛz metiri: sed semp ver dicē pcto gd est veritas: Et certū est fm phm. 9. methe. q̄ veritas adequatio est rei ⁊ intellectus. Ad si sic est: ꝑz q̄ si asseris fidē i corde ⁊ negas in ore non est in te veritas: cum ibi non sit adequatio cordis ⁊ oris. Sequitur q̄ nulli ꝛz falsitatē dicere etiā pro saluādo toto mundo. dicente Aug. lib. de mendacio. ⁊ ponitur. 2. 2. q. 2. c. j. Neq̄ enim inquit recte testimonijs veritas: ꝓ cuiuſq̄ tpali cōmodo ac salute corrumpit: cum etiam ad sempiternā salutē nullus deducendus sit opitulante mēdacio. hec ille. Immo q̄ fm Salomonem Sapie. j. Os q̄ mentit occidit aiaꝫ: ⁊ ꝑpha dicit. ¶Perdes oēs qui loquūt mendatiū. cōcludit ꝑpter hoc necessario q̄ sicut habitus fidei in corde est necessarius ad salutē: sic ⁊ fidei ꝓfessio. ¶ Tertio hoc idem ꝑbo ratione disiunctionis. Fundamētū rōnis ponit ꝑbs lib. de reg. ꝑn. di. Simul. filia ꝓiunguntr. ꝑz h regula. Nam ignis ꝓiungit igni: ⁊ aqua aq̄ respectu similitudinis. Sz ignis cū sit siccus et calidus: nequaq̄ cōiungi pōt cum aqua que est humida ⁊ frigida. Quo ꝓsuppositō: certum est q̄ deus est veritas. vnde Jo. 14. dr. Ego sum via veritas ⁊ vita. Sed manifestū est q̄ falsitas est dissimilis ⁊ ꝓtraria veritati ergo est impossibile q̄ simul stent. Si igitur aliquis negat fidem in ore q̄nis teneat i corde cum talis sit falsus ⁊ mentiat: segr q̄ ē cōtrarius ⁊ dissimilis veritati que deꝰ est. Et p consequēs concludit q̄ talis fidem ore nō cōfitens nunq̄ poterit cōiungi cū veritate que deus est: nec in pñti vita per gr̄am. dicente Salomone Sap. j. Spiritus sanctꝰ effugiet disciplinc fictum. nec etiam in futura vita p gl̄iaꝫ. dicēte Ber. i suis sentētijs. Sicut obliquum non coniungit rectitudini: sic nec obliquus nō coniunget vnq̄ ꝓme veritati. h ille.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et q plus est talis ore mentiēs contra fidē maledictus est a deo. Propter qđ Jere. 48. dicitur. Maledict⁹ homo qui ambulat fraudulenter .i. false. Et Eccle. 2. Talibus cōmina tur spiritus sanctus di. Vbe duplici corde t labijs scelestis t manibus male facientibus t peccatori terram ingredienti duabus vijs. hec ibi. Ex predictis rationibus etiam patet qualiter vocalis confessio fidei tempore necessitatis cuilibet est necessaria ad salutem.

¶ Tertio hoc idem probo distinctionibus. Prima distinctio est Tho. 2.2.q.3.arti.2. di. Cum queritur an confessio fidei seu veritatis sit necessaria ad salutem. Respondeo q sic. Nam ea que sunt necessaria ad salutem cadunt sub preceptis diuine legis. Cōfessio ät fidei cum sit quoddam affirmatiuū non pōt cadere nisi sub precepto affirmatiuo. Vñ eo modo confessio fidei est necessaria ad salutē quo cadit sub precepto affirmatiuo diuine legis. precepta autem affirmatiua non obligät ad semper: sed pro loco t tempore t ꝑ alias circūstantias debitas ꝑm quas oportet actū humanum limitari ad hoc q sit actus virtutis. Sic igitur confiteri fidem non semp nec in quolibet loco est de necessitate salutis: sed de aliquo loco t tempore: qñ. s. per omissionē huius cōfessionis subtraheret honor deo debitus: vel etiam vtilitas ꝓmis ipendenda: puta si aliquis interrogatus de fide taceret t ex hoc crederet: vel q non haberet fidē: vl q fides non esset vera: vel alij per eius taciturnitatem auerterent a fide. In hmōi enim casibus confessio fidei semp est de necessitate salutis. ℔ Tho. verbatr. Aliam distinctōē ponit. Idem Tho. 2.2.q.3.ar.1. in solu.1.argu. di. Triplex inquit est ofessio ꝓ loco t tpe ad salutem necessaria. vna est cōfessio peccatorū t h ordinat ad deletionē peccati que ē finis penitentie. ꝓpter quod ad penitentiā ptinet. Alia est ofessio gratiarū actionis siue laudis: t ista est actus latrie. ordinat enim ad honorem dñi exterius exhibendū q est finis latrie. Tertia vero est confessio eorū que sunt fidei: t ista est ꝓprius actus fidei vtpote relata ad fidei finem: qui actus pro tempore suo summe cuilibet est necessarius ad salutem. h Tho. ibi sententialiter. Aliam insuper di. ponit Ric in suo quolibeto in. q. an confessio fidei sit necessaria. t rñdit. di. Quisq interrogatus de fide tenetur fidem publice confiteri ꝓpter ꝗttuor cās. Prima ē vt deus honoretur. Scda vt fides defendat. Tertia vt pò rimus edificet. Quarta vt infideles confundantur. Ex predictis distinctionibus ꝑz qđ ofessio fidei est necessaria ad salutē. Ad hoc idem ꝓbo exemplis. Primo exēplo Petri q in conspectu populi iudaici nullatenus voluit Christi fidem reticere: sed publice coram oibus ofiteri. Vnde Act. 5. c. sic dicit. Cum magistratus adduxissent apostos coram principe sacerdotum statuerunt illos in concilio: t interrogauit eos ꝓncps sacerdotum di. Precipiendo precepimus vobis ne doceretis in noie isto: t ecce nunc implestis iherusalem doctrina vestra t vultis inducere super nos sanguinem hois istius. Rñdens aūt Petrus t apli direrunt. Obedire oportet deo magis q hoibus tc. Quo exemplo datur intelligi q sicut Petro ceterisq apostolis non sufficiebat habitus fidei: sed etiam necessaria fuit ad eorum salutem fidei confessio: sic nec alicui proficit ad salutem fides cordis nisi simul fiat et confessio oris. Simile exemplū habemus de Joāne euangelista de quo ꝓut habet in lectionibus suis sic dicit ecclesia. Secundā igr post Neronem persecutionē christianorum Domitianus exercuit. Hmōi temporibus beatus Joānes apls t euangelista apō vidē ephesum a ꝓconsule cōprehensus admonebat iurta edictum imperatoris vt Christū negaret. At ille rñdēs dicebat. Obedire oz deo magis q hoibus. proinde nec Christū dñm meū negabo: nec a predicatiōe nois eius gescam donec ofiumē cursum mysterij qđ accepi. Ad cuius rñsionez motus ꝓconsul iussit eum velut rebellem Cesaris in doliū fermentis olei mergi: qui statim vt dictus est i illud velut fortis athleta vnctus non adustus de vase exijt. h ibi. Aliud etiam exemplū habet 2. Mach. 6. de eleazaro vno de ꝓcipuis scribarū qui cum compelleret a scelesto anthioco propriam legem negare: t ofra suam legem carnem porcinā manducare nūq voluit cōsentire: de quo ibi sic dr. Ille gloriosaz mortem magis q odiosam vitam cōplectens voluntarie ptibat ad suppliciū tc. Vide ibi si vis tertū egregiū. Ex predictis igr aūctibus rōnibus: distinctionibus: atq exemplis: euidenter apparet: qualiter tam in foro iudiciali q in ofilijs cōicatum: t insup in defensione christiane fidei: confessio oris seu veritatis p

loco t tempore cuilibet est necessaria ad salutem. Ex quibus patet etiam huius scē circumstantie sua verificatio. ¶ Tertio demq circa ofessionē fidei t veritatis ꝓpono suam satisfactionē. Cum enim superius duab⁹ rationibus oppositum sit q ofessio fidei prout aliqualiter videbat non erat necessaria ad salutē. Volens predictis rōnibus satisfacere. Ad ꝓmam rñdeo ꝑm Tho. 2.2.q.3.arti.2. in solutōe ꝓmi argu. q finis fidei sicut t aliarū virtutum referri debet ad finem charitatis qui est amor dei t proximi. Et ideo quando bonor dei vel vtilitas proximi hoc exposcit non sufficit q homo per fidem suam veritati diuine contingat: sed etiā tunc oportet q fidem t veritatem exterius confiteat: quod si non faceret nec deum honoraret nec ꝓximi vtilitatem diligeret: t ideo sic facere non est vanum vt ꝓma rō concludebat ꝑz necessariū. Ad scām etiam rōnem factam in oppositū rñdet. Idem Tho. 2.2.q.3.ar.2.in solutōe tripli argu. di. Si inquit turbatio infidelium oriatur de ofessione fidei manifestata absq vtilitate aliqua fidei vel fidelium tunc nō est necesse in tali casu per fidem publice cōfiteri vnde dñs Matth. 7. dicit. Nolite sanctum dare canibus neq margaritas vestras mittatis ante porcos ne forte cōculcent eas pedibus suis: t ne cōuersi disrumpāt vos. Sz si vtilitas aliqua fidei aut necessitas adsit cōtenta turbatione infidelium homo dz fidem t veritatem publice confiteri. vnde Matth. 15. dicitur. q cum discipuli dixissent dño q pharisei audito eius verbo scandalizati sunt rñdit dñs. Sinite illos. s. turbari t scandalizari. ceci enim sūt t duces cecoz. h Tho. veraliter. Ad hoc facit illud qđ habet cē de re. iur. c. Qui scandalizauerit. vbi sic dicit. Vtilius scandalū nasci permittitur qꝫ veritas relinquatur. Ex predictis patet satisfactio ad rationes in oppositū factas. t per ꝑs apparet qualr ofessio vocalis fidei t veritatis etiā cū fide cordis cuilibet est necessaria ad salutem. Et sic insup ꝑz scda circūstātia ad integritatē vere fidei nēcia que dr circūstantia ofessiōis. Quā fidei circūstantiā t ofessionē nobis cōcedere dignet clementissimus dñs nr Jesus Christus: qui in trinitate perfecta viuit t regnat deus ꝑ infinita secula seculoz. Amen.

¶ Feria sexta post quartaz dñicam quadragesime. Itez de integritate ipsius sacratissime fidei.

Omnis qui vi
uit t credit in me ꝺando. s. qđ credit non moriet in eternū. Scribunt hec verba Jo. xj. t in cuangelio occurrētis serie. Post sacri euāgelij literalem t moralē expositionē amātissimi cines. Exquo vt claruit in precedenti sermone sufficienter declarau scām circūstantiā ad integritatem vere fidei necessariā in q̄ monstratū fuit qualr necesse est q qlcq nō tm credat in articulis fidei: sed insup oz q illos pro loco t tpe publice ore ofiteat. habeo in pūti sermone singlr declarare tertiā circūstantiā ad integritatem ipsius vere fidei summe necessariam: que dicit circūstantia operationis Cuius qdē circūstantie declaratio talis erit.

¶ De tertia circūstantia ad integritatē fidei necessaria: que dicit circūstantia opationis.

Tertia igit circūstantia ad integritatem vere fidei necessaria dr circūstātia opationis. Non cni sufficit simpliciter fides cordis t ofessio oris ad salutez sed insuper regrit necessario vt qlcq actualr opet q̄ credit: seu faciat oia opera dei actualr obseruando oia ipsi⁹ fidei ꝓcepta: hoc ꝺō dico qm̄ multi sunt q credūt in fidē xpi t sub ipsa fide baptizati sunt: sed nequaq̄ opera fidei t xpi precepta obseruare volunt: ꝓpterea dico q si qs hret fidē oiuz patriarchaꝝ: ꝓpharuz virginū: ofessoꝝ: martyꝝ: apłoꝝ: atq fidē virginis gloriose Marie: que ꝓdictos oēs i magnitudine fidei supauit. Et talis non faceret opa fidei sue que ꝓtinent in lege xpi: dico q ois illa fides nunq̄ eū saluare posset. Et q opera fidei t adimpletio legis xpi cuilibet sit necessaria ad salutem. quintupliciter ꝓbo. Primo auctoritatibus. Scdo rōnibus. Tertio distinctionibus. Quarto similitudinibus. Quinto exemplis. ¶ Primo, ꝓbo aūctib⁹ q opa fidei sunt cuilibet nēcia ad salutē. vñ Jac. 2. dr. Quid ꝓderit frēs mei si qs dicat fidē se hre opa aūt nō habeat: nūqd poterit fides saluare eū? Si aūt frater aut soror nudi sunt t indigeant victu quottidiano. dicat autem de vobis aliquis illis. Ite in pace calefacimini t saturamini t non dederit eis que sunt necessaria corpori: quid ꝓderit

vobis? Sic ⁊ fides si non habeat opa mor-
tua est in semetipsa.hec ibi. Augusti.etiã su-
per verba ℣Pauli ad Thitum ṗmo.videlicz
confitẽtur ore se nosce deum factis autẽ ne-
gant.ait.Qui verbis confitef xp̃um ⁊ factis
negat antichristus est:multos enim in xp̃ia
nis inuenim⁹ antixp̃os: qui nõ verbis ⁊ cor
de:sed tantũ factis xp̃um negant. Adiungite
igitur recte fidei rectã vitam ut vere xp̃m cõ
fiteamini:⁊ verbis vera dicendo:⁊ docendo
⁊ factis viuendo:⁊ opando. Nam si confite
mini verbis ⁊ nõ factis: talis est non fides
xp̃ianorũ sed demonioꝝ.hec ille. Idẽ quoqz
Augusti.in sermone de dedicatione templi.
ait. Sicut enĩ malis operib⁹ quasi quibusdã
serris ⁊ vectib⁹ vite ianua nobis claudit: ita
bonis operib⁹ aperit. ℣Grego. etiã in quadã
omelia ait. Ille verã habet fidem ⁊ vere cre
dit qui exercet operando quod credit. Quid
eniz prodest nobis si redemptori nostro per
fidem iungimur:⁊ ab eo mozib⁹ ⁊ vita diuĩ
gimur.hec ille. Item.23.q.4.c. sicut excellen
tia. Idem ℣Grego.ait. Non gradus elegan
tior:sed vite meliozis actio apud deũ com-
probatur. Idem quoqz ℣Greg. 40. distin.c.
Non loca inquit vel ordines creatori nro
nos proximos faciũt:sed nos aut merita bo
na cõiungunt:aut mala disiungunt. hec ille.
Item extra de regularib⁹.c.porrectum.⁊.ca.
ex parte tua.dicit. Habitus non facit mona
cũ sanctũ:sed opus bonum ⁊ ꝓfessio regula
ris. Item extra de sta. mo.c. ꝙ dei.dicit. Ex
fructibus colligitur cuidenter: ꝙ opera que
facis testimoniũ ꝓhibent fidei ⁊ veritati.hec
ibi. Item extra de ꝓben.c. venerabilis.di-
citur. Non generi sed virtutũ nobilitas mo
rumqz honestas gratũ deo faciũt ⁊ ydoneũ
seruitorem:ad cuius regimen nõnullos ad-
misit:tam nobiles q̃z ignobiles:tam paupe-
res q̃z diuites:eo ꝙ apud eum nulla est acce
ptio personarũ.hec ibi. Item Ambro.86.di.
ca. Non satis.ait. Non satis est bene velle
nisi sit ⁊ bene facere:nec satis est bene facere
nisi ex bono fonte.i.ex bona voluntate proſi
ciscatur.hec ille. Cõmentator etiã super octa
no ℣Dbificorũ ait. Bonitas sermonũ ⁊ ha-
bitũ est experimentũ operũ sensatoruz. Et
ꝓbus secũdo Ethicoꝝ ait. Ex actibus virtu
tum ⁊ vitiorum boni vel mali dicimur. Et
ibi. Idem dicit. Virtus quid scit ut sciam⁹
nõ scrutamur: sed ut operãtes boni efficia-
mur. Et.10. Ethicorũ ait. Virtutes non suf-
ficit scire ſ3 habere: ⁊ ſm eas operari. Et in
prologo Meth.dicit. Artifices experiẽtia sa-
pientiores esse arbitramur. Boetius insup
libro de disciplina scolariũ ait. Sicut prudẽ-
tia parum vel nihil prodest sine iusticia: in-
sticia vero sine prudẽtia multũ: sic quelibet
scientia sine vsu ⁊ actu parum vel nihil pro-
dest:vsus vero sine scientia multuz. hec ille.
Dñs etiã ait.Matthei.7. Non oĩs qui di-
cit mihi dñe dñe intrabit regnũ celorum: ſ3
qui facit voluntatẽ patris mei qui in celis
ille intrabit regnũ celorum. Denicz Cipria-
nus super verba oratonis dñice.vz fiat vo-
luntas tua ⁊c.ait. Qui in eternũ cuz deo ma
nere velimus:dei qui eternus est voluntatẽ
facere debemus. Volũtas autẽ dei est quã
xp̃us docuit ⁊ fecit:humilitas in cõuersatio-
ne: stabilitas in fide: verecundia in verbis
in factis iusticia:in operibus misericordia:in
moribus disciplina. Iniuriam facere nõ no
sce:⁊ factã ꝑ posse tollerare: cũ fratribus pa
cem tenere:deũ toto corde diligere ⁊ amare
in illo ꝙ pater est timere: in illo ꝙ deus est
xp̃us: nihil oĩno preponere: quia nec nobis
ipse gcz̃ prepositi:charitati eius inseparabi-
ter inherere:cruci ei fortiter assistere: quan-
do de eius noie vel honore certamẽ est:red-
dere in sermone cõstantiã qua cõfitemur:in
questione fiduciã qua cõgredimur:in morte
patientiã qua coronamur. hoc est coheredes
xp̃i velle esse:hoc est facere dei ꝑceptũ: hoc ẽ
fidẽ catholicã obseruare:hoc est voluntatem
patris iplere. Fieri autẽ petimus voluntatẽ
dei:ut in celo:ita ⁊ in terra:qõ vtrũqz ad cõ-
seruationẽ nre incolumitatis ptinet ⁊ salutẽ.
Mã cũ corpus e terra:⁊ spũs e celo possidea-
m⁹:ipsi terra ⁊ celũ sum⁹:⁊ in vtroqz vz cor-
pore ⁊ spũ: ut dei volũtas fiat ozam⁹.hec est
volũtas dei ut terrena celestib⁹ cedãt:spũalia
⁊ diuina ꝓualeant.hec ille. Ex predictis auc-
toritatib⁹ patet:quali fides sine opib⁹ mortua ẽ
⁊ nihil ꝓficit ad salutẽ. ¶Secõ hoc idẽ ꝓbo
septuplici ratione. ¶Prio rõne intentionis
¶Secõ rõne argumentationis. ¶Tertio rõ-
ne assimulationis. ¶Quarto rõne ꝑformã-
tionis. ¶Quinto rõne ꝓfectionis. ¶Sexto re
tione demõstrationis. ¶Septimo rõne pre-
cessionis. ¶Primo probo rõne intentionis
vz ꝙ fides sine opibus nõ sufficit ad salutẽ.
Fundamentũ rationis ponit ꝓbs ꝓmo ℣Do

liticoꝝ.di. Deus nihil facit ociosum in natu
ra:sed ꝓpter finẽ. Quo ꝓsuppositõ cũ habi-
tus fidei ut in supradictis patet: sit a deo in
anima infusus petq quo fine quo respectu q̃
causa qua rõne: ⁊ intentione fidei habitũ in
anima posuit. Et certũ est ꝙ ideo posuit ha
bitũ fidei in anima:ut per cũ creat ad actuz
⁊ opationes. Dõ cõfirmãs ℣Ricar.in.4. di.
46.ar.1.q.4.in corpore qõnis di. ꝙ quilibet
habitus ordinat ad suũ actũ:ut ad finem. Et
ꝓbus.9. Metha.dicit. Act⁹ est finis potẽtie
immo ꝑ prius:nam magis intelligit actu q̃z
habitu. ℣Propter quod in.7. Ethicoꝝ dicit.
Finis semp est primũ in agibilib⁹ ⁊ appetibi
libus:⁊ licet sit vltimũ in executione: tñ sem
ꝑ est primũ in intentiõe. Et scõo de aia dr.
Act⁹ ⁊ opationes sunt priores potẽtijs ⁊ ha
bitib⁹ ſm rõnẽ nõ tpis ſ3 nature. Et rõ q̃re
actus sit finis habitus ⁊ potẽtie: ⁊ hoc idem
natura ꝑ prius intendat est.q2 Cõmentator
sup.8. ℣Dbificoꝝ ait. Extrus alicui⁹ de habi-
tu ⁊ potẽtia in actũ:largit ei maximã perfe-
ctionẽ. Et scõo ℣Dbificoꝝ di. Vnũquodqz
magis pfectũ est ſm ꝙ est actu q̃z ſm ꝙ est
potẽtia. Et.9. Meth.di. Actus ẽ pfectior po-
tẽtia ⁊ habitu:q2 actus magis facit intelligẽ
q̃z potẽtia:sed in vno ⁊ eodẽ modo quo mo
uet de potẽtia ad actũ:potẽtia precedit actuz
tpe nõ natura. Quib⁹ ꝓmissis:si sic est ꝙ de⁹
habitũ fidei simplr ordinauit ad actũ ⁊ opa
tiones:cõcludit ꝙ quilqz debet simul actus
⁊ opationes cũ habitu fidei cõiungere preci
pue cũ dicat ꝓbus ꝓmo ℣Politicoꝝ. Debe-
mus vti reb⁹ ad id ꝓpter qõ date sunt a sa-
pientissimo datore. ꝙ si quis aliter fecerit.i.
ꝙ velit simplr habere habitũ fidei sine opi-
bus:certũ est ꝙ talis ꝟ habitũ fidei imꝑfe-
ctũ.dicẽte ꝓbo.9. Metha. Simpliciter ꝑfe-
ctũ est:qõ est in actu: imꝑfectũ vero qõ ẽ in
potẽtia cum priuatione actus. Et.10. Meth.
dicit. Ex priuatione actus ab habitu ⁊ poten
tia segtur malũ qõ est bono oppositum.ꝙ si
ut patet habitus fidei sine opibus est quedã
res imꝑfecta: segtur ꝙ habens talẽ habitum
sine opibus nõ habet verã essentiã ipsi⁹ fidei
dicẽte Cõmentatore sup.9. Meth. Qui tollit
a rebus suam opationẽ:tollit ab eis ꝓpriaz
essentiã.ꝙ si talis nõ habet verã essentiã fi-
dei cũ hoc sit erp̃sse:ut ꝑ ℣ diuinã intentiõz
segtur ꝙ talis mereꝫ maximas penas. dicẽ-
te saluatore.Luce.18. Seruus sciẽs volũtatẽ
dñi ſ.⁊ nõ ſ.p.v.m. O q̃tas plagas. O quot
cruciat⁹. O quot deniqz penas ⁊ tormenta
recepturi sunt pessimi ⁊ insensati xp̃iani: qui
ſm aplm ad Thitũ ṗmo. Fide xp̃m cõfitent
factis autẽ ⁊ opibus negant. Certe sententiã
Hiero.incurrẽt in testamento suo dicentis.
Deu quot hodie sacro renati baptismate
xp̃iano fungunt noie:quib⁹ foret melĩ⁹ xp̃ia-
nos nõ fuisse. Centuplo enĩ maioꝝ erit pena
malox xp̃ianoꝝ:q̃z malox paganoꝝ.hec ille.
¶Secũdo etiã probo rõne argumẽtationis
ꝙ opa sil̃ cũ bitu fidei necessaria sunt ad sa-
lutẽ. Fundamentũ rõnis ponit ꝓbus.2.⁊. 4.
Thopicoꝝ.di. Si de quo min⁹ ⁊ de quo ma
gis. Quo cõcesso:certũ est ꝙ virtus moralis
ad hoc ꝙ sit virtus exigit suũ actũ:ergo a fo
tiori habitus fidei a deo infusus ꝙ est q̃si no
bilior in infinitũ oĩbus habitib⁹ virtutũ mo
raliũ:debet simil̃ habere actus suos ad hoc
ꝙ sit verus habitus virtutis fidei. Et ꝙ ha-
bitus moralis ad hoc ꝙ virt⁹ dicat oĩno cri
gat actũ suũ patet. Mã Tulius diffiniẽs vir
tutẽ ut ait Bonauẽ.in scõo.di.27.in qõnib⁹
circa litterã ait. Virtus est habit⁹ mẽtis in
modũ vere rationi cõsentiens. Si igitur vir
tus ꝟ se ꝑ modũ nature:certũ est ſm ꝓbm
scõo ℣Dbificoꝝ. ꝙ naturalia agũt necessario
sicut patet de igne qui necessario emittit ca-
lorem:⁊ de sole qui necessario emittit splen-
dorẽ:ergo a simili cũ virtus sit similis natu
re:⁊ natura necessario suũ actum sequtur.con
cludit necessario ꝙ ver⁹ habitus virtutis mo
ralis exigit actũ suũ ꝓ tpe: aliter nõ eẽt ve
rus habitus. ℣Proide ꝓbs scõo Ethicoꝝ di.
Scire qõ nõ est cõiunctũ opationi parum
aut nihil prodest ad virtutẽ:⁊ ibidẽ ait. Ad ꝑ
fectionẽ virtutis tria requirũtur:scire:velle:⁊
operari. Ex quibus cõcluditur ꝙ si habitus
virtutis moralis necessario requirit suũ actũ
ad hoc ut vere faciat hominẽ virtuosum:a fo
tiori habitus sanctissime fidei requirit suos
actus ⁊ opationes: ad hoc ut realiter faciat
hominẽ verum esse fidelem. Quod confir-
mans Augusti.dicit. Fides appellata est ab
eo quod fit. Due syllabe sonant cum dicit fi
des:prima sillaba est a facto:scõa est a dicto
Interrogo ergo te vtrũ credas:dicis credo,
fac quod dicis:⁊ fides ẽ.hec ille. ℣Propterea
Ecclesiast.24.dicit. Qui credit deo:attendit
mandatis eius. ¶Tertio hoc idem ꝓbo rõ-
ne assimulationis ⁊ formo sic rationem. si-

cut se habet charitas ad deū: sic se habet ꝛ fides: sed charitas nō est sine opere exteriori. dicente Bꝛeg.in omelia pentb. Amor dei nunq̄ est ociosus opatur enim magna si est. si autē operari renuit amor nō est.ergo a similī fides si vera sit nunq̄ debet cē sine opeꝛibus ad hoc ut possit apprehendere suū obiectū. Si autē forte arguereꝛ in oppositum. ꝛ3 q̄ fides formata non semp requirit exteꝛiorem actū:ꝛ diceꝛes. sicut se habet charitas: ita ꝛ fides formata:sed charitas nō semper elicit actū exteꝛiorē:nec propter hoc desinit esse vera charitas.dicente Bꝛeg. sicut sol cum nube tegitur nō videtur in terra: et tamen splendet feruet ꝛ ardet in celo: sic occupata charitas intus p vim sui ardoꝛis exurit ꝛ foꝛis flammas operis nō ostēdit. hec ille.ergo eodē modo fides etiā formata poteꝛit ad salutem,pficere sine actu exteꝛiori.Ad hoc ꝛespōderi potest q̄ argumentū nō valet Cum enim fides formata sm apostolū ad gala.5.Sit operās per dilectionē ꝛ charitas sicut probatū est nunq̄ sit pro debito tpe sine opere exteꝛiori:concludit propter hoc q̄ etiā fides formata,p loco ꝛ tempoꝛe nūq̄ potest esse sine exteꝛiori opatione,vel etiā dicas ꝛ3 Bꝛeg. q̄ charitas nō semp elicit actū exteꝛioꝛē in casu in quo operari nō est possibile: nō ē enim tūc vtile neq̄ necesse:ꝛ tūc in illo casu accipitur pro actu.Sic similiter est dicendū de fide formata:q̄ eo tpe quo ē possibile vtile ꝛ necesse:semp ꝛ necessario elicit actum exteꝛioꝛem: sed eo casu in quo nō est possibile vtile ꝛ necesse opari accipit habitus fidei p ipso actu.¶Quarto hoc idē probo rōne conformationis.Fundamentū rōnis ponit Lōmentatoꝛ sup scō de celo ꝛ mūdo. di. Omia entia nihil aliud intendūt p suas opatiōes: nisi ut assimilent suo principio nobilissimo patet hec regula.Mā animalia bruta immo insensibilis terra atq̄ vegetabiles plante iugiter,pducunt fructus suos ꝛ opationes sm modū potentie sue q̄ō idco facūt ut ꝛ ociosi ratē fugiant que de se mala est: ꝛ insuper ut deo assimilent:qui ut habet scō.ꝛ.12. Methа.est simpliciter actꝰ purissimus. Quo p̄supposito certū est sm Ricar.in.4. dist.49 ar.1.q.4.in coꝛ.q.q̄ per actū magis assimilatur ꝛ cōformat hō deo:q̄ simpliciter p habitum q non est in deo cū sit res imperfecta. q̄ si sic est cū quilibet obligeat ꝛ teneat cōformari deo in pfectione q̄tū potest:sic ipse pcipit Matt.5.di. Estote pfecti ꝛc. cōcludimur necessario q̄ habitus fidei nō sufficit ad hoc ut aīa cōformet cū deo:sed necessario etiam exigitur ipse actus ꝛ opatio. ¶Quinto hoc idem,pbo rōne pfectionis.Fundamentū rationis ponit Tho. 1.2.q.113.di. Nobilioꝛ est simpliciter atq̄ potētioꝛ gratia ipsa natura. q̄ō sic patet:q̄ gratia exaltat aīmā rōnalē sup naturā:ꝛ sup gloriā multoꝛ angeloꝛū tamē angelus per naturā nobilioꝛ sit aīa rōnali.Quo p̄supposito certū est sm pbum.2o de animalib⁹.q̄ natura q̄ dat instrumentū: dat simul ꝛ opationem:quia nō facit oculuꝫ sine visu:nec visum sine oculo. q̄ si hoc facit natura a foꝛtioꝛi facit hoc ꝛ gratia. Si igitur gratia infundit habitū fidei:necessario ad eiꝰ perfectionē requirit actum ꝛ opationē. q̄ si aliter intenderet:sequereꝛ q̄ natura esset pfectioꝛ atq̄ potētioꝛ in suis effectibus ipsa gra quod vtiq̄ falsissimū est. ¶Propterea aplus ad Gal.3.ait.Qui nobis tribuit spm in virtute fidei opaꝫ ꝛ virtutes. Quod confirmat Bonauē.in.3.di.35.ar.1.q.2. in coꝛpoꝛe questionis dicit.Cum queritur an obiectū scientie fidei incētum est gratia quedā ꝛ donū spūs sancti consistat simpliciter in cōsideratione an in actione vel opatione.Respōdeo q̄ scientie quadruplex est differentia.Quedaꝫ est scientia que cōsistit in intellectu pure speculatiuo:ꝛ hec est fundata supꝛa principia rōis ꝛ hec scientia dr acquisita de quacūq̄ creatura sicut in scientia humane phie. Quedaꝫ est scientia que cōsistit in intellectu inclinato ab effectu: ꝛ hec est fundata supꝛa principia fidei:que quidē sunt articuli:est nihilominus acqsita:ꝛ hec est scientia sacre scripture: quā nullus habere pōt:nisi saltem habeat fidē informē.Quedā est scientia que cōsistit in intellectu sine in ratione inclinat esse: ctū ad operationē: ꝛ hec est fundata sup principia iuris naturalis que ordinat ad rectitudinē ꝛ honestatē vite: ꝛ hec scientia est virtutis prudentie.Quedā autē est scientia q̄ consistit in intellectu:sm q̄ est inclinatus ꝛ inclinans:inclinatus inq̄ a fide simpliciter. Inclinans autē ad bonā opationem: ꝛ hec sic datur sup principia fidei ꝛ habet ortū a dono diuine gratie. Et talis est scientia fidei q̄ est donū spūssancti.Et ex hoc patet: quis sit actus proprius huiꝰ doni.Est enim actus cius

dirigere ad omnia agētia mediāte regula ipsius fidei:cuius ē dirigere ad opa misericoꝛ dic:ut nō tm bona ,p bonis reddat sm q̄ dictat lex nature:sed etiaꝫ bona pro malis sm q̄ dictat lex gratie ad cremplar ip sius Jesu xp̄i in quo fuit omnis gratie habundantia. Et ideo ad ipsam scientiā non solū pertinet dirigere in agendis:sed etiā ex cōsequenti p tinet nosce ea que sunt fidei tanq̄ fundamentum sue directionis ꝛ vlterius nosce humanitatē xp̄i tanq̄ exemplar sui regiminis: ita q̄ hic tripler actus cōuenit ei sm triplicem respectū. Vnus respectu obiecti motiui. Alter respectu sui fundamenti directiui. Tertiꝰ vero respectu exemplaris excitatiui. Et quia principalis actus accipit ex parte obiecti: hic est q̄ precipuꝰ actus doni scientie,est dirigere circa agenda:seu circa actionē ꝛ operationē. hec Bonauen.verbaliter.¶Secto etiā probo ratione demonstrationis qualiter vnusquisq̄ tenetur opera simul exteꝛioꝛa habere cum habitu fidei. Fundamentū rationis ponit dominus Matth.5.vbi precipit di. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹.s.tam fidelibus q̄ infidelibus: ut videant vestra bona opera:ꝛ.g.p.v.qui in c.est.Quo presuppositō videl3 q̄ quisq̄ tā fidelib⁹ q̄ infidelibus tenetur ostendere se habere veram fidem xp̄i. Certū est sm pbm pmo ¶Posteriorꝝ. ꝛ pmo de anima.q̄ dupler est cognitio.s.cognitio p causam ꝛ cognitio p effectū: sed manifestum est q̄ habitus fidei cū sit in anima nō potest ab aliquo fideliū: seu infidelitū cognosci.q̄ habitus fidei vtiq̄ est causa effectuū exteꝛioꝛuꝫ vꝫ opationū:ergo necessario oportet q̄ qsq̄ p signa exteꝛioꝛa.i. bona opera faciat se cognoscere esse verū fidelem seu habere in anima habitū vere fidei:nā sm pbm scō ¶Dꝛioꝛū.Signū est prepositio demōstratiua faciens fidem.Et primo perꝛ.idē dicit. Signi ficare idē est quasi intellectū de aliqua re certum facere ꝛ cōstituere.Et pmo de aīa dicit Accidentia magnā partē conferūt ad cognoscendū q̄ quid est.s.cām vel subiectū. Et secūdo ¶Dꝛioꝛ dicit. ¶Per signa coꝛporis nota nobis silogizam⁹ dispōnes aie nobis ignotas.Et.2.de anima dicit.Habit⁹ cognoscūtur p actus.actus aūt p obiecta. Et pmo de anima ait.Anima simpler ꝛ intellectual cognoscitur p motū ꝛ sensum ꝛ opationeꝫ sui coꝛporis.Et.4.Methа.ait. O pus bonum et malum'ab extra indicat quale in anima.Et 12.Methb.dicit.Actus specificant habit⁹. Itē extra de homicidio c. significasti.dicit.Ex qualitate facti p̄sumit animꝰ facientis. Cipianꝰ etiam.26.q.1.c.Nec aliqua putet.ait.Certe ꝛ ipse cōcubitus ipsa confabulatio ipsa oculatio ꝛ coniaccentium sceda ꝛ turpis dormitio dedecus criminis confitent: ꝛ qualitas actꝰ presumptionē habitus inducit.Ambro.etiaꝫ libro de officijs ait.Est in ipso motu gestu ꝛ incessu tenenda modestia ꝛ verecundia:habitus enim mentis per statum coꝛporis cognoscitur.Deniq̄ ipse dominus Matt.7.ca.ait. A fructibus e.c.eos.Et quibus omnib⁹ colligitur:q̄ cum quisq̄ teneat ex precepto domini ostendere se habere veram fidem xp̄i taꝫ coram fidelibus q̄ infidelibus:ꝛ habitus vere fidei cū sit in anima a nullo predictoꝝ potest cognosci:nisi p signa exteꝛioꝛa.i. per actꝰ ꝛ opationes:cōcludit q̄ de necessitate salutis est:ut qsq̄ ostendat fidē suam cū exēplo bonoꝝ opeꝝ exteꝛioꝝ.Ad q̄ō inducens Aplus pmo Thi.4.dicit. Nemo adolescentiam tuam cōtemnat:sed esto exemplū fidelū in verbo: in conuersatione: in charitate:in fide:in castitate: dū venio attēde lectioni ꝛ exhortationi doctrine:noli negligere grām dei ꝛ fidei: que in te est q̄ hoc meditare. In his esto ut pfectus tuus sit oibus manifestus.Attende tibi ꝛ doctrine insta in illis. Hoc enim faciēs ꝛ teipm saluū facies: ꝛ eos qui te audiēt.Et ad Roma.15.admonet.di. Vnusquisq̄ placeat coram prorimo suo in bonū ad edificationē omniū.sc̄z fidelium ꝛ infideliū.Et primo ad Thessa.5.ait.Consolamini inuicem et edificate alterutrū: ꝛ semper quod bonuꝫ est sectamini inuicem ꝛ in omnes. Sed heu qd dicam cum quasi nullus sit hodie fidelium qui monstrat fidem suam exteꝛiori exemplo bonoꝝ operum.Certe pluries scire optaui: quare verificatur nūc dictuꝫ prophete dicēt⁹ Dominus de celo prospexit sup filios hominum ut videat si est.intel.ꝛc. Et certe didici inter alias rationes imo firmiter credo q̄ sit potissima ratio ꝛ causa malū exemplū.Maꝫ cum quis alium peccare videt statim sequitur eum:sicut filius patrem:filia matrem:notarius iudicem:seruus dominū: populus sacerdotem ꝛ religiosum.Et q̄ plus est ,p malum exemplū christianoꝝ. stant infideles q̄ non conuertuntur adverā fidem xp̄i ad quā

realiter crederem quasi oēs querti si xp̄iani in veris opibus fidei se exercercēt. Sed vbe vbe illis qui suo malo exēplo tā fideles xp̄i q̄s infideles scandalizant. Audiant tales quid dñs Matth.18.dicat. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt.expedit ei vt suspendat mola asinaria i collo eius:t demergat in profundum maris vbe mundo a scandalis: necesse est enim vt scandala veniāt.verūtn vbe hōi illi p quem scandalum venit. Si aūt manus tua vl pes tuus scandalizat te abscide cum t ꝓice abste bonum est tibi ad vitam ingredi debilez vel claudum:q̄s duas man⁹ vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculꝰ tuus scandalizat te:erue eum t ꝓice abste: bonum est tibi cuz vno oculo intrare ad vitā q̄s duos oculos habentez mitti in gehēnam ignis.hec ibi. Et Greg.xj.q.3.c.precipue.dic Scire prelati debent q tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exēpla transmittunt.hec ille. Nomine prelatoz intelligo nō tm̄ dños:sed omnes qui aligb⁹ presunt:sicut pater filijs: maritus vroi: t sic de singulis. ¶Septimo deniq; probo rōne precessionis:q opera simul cum fide necessaria sunt ad salutem. Fundamentū rationis ponit auctor li.de causis. Omnis cā nāliter precedit suum effectum.pz hec regula. Nam arbor precedit fructum:t pater filium. Quo presuppositio peto que sit causa pncipalis meriti eterne felicitatis:t dz̄ est q est ipsa virtus actualis:dicente pbo.j.ethi. Felicitas est premiū virtutis.t Tho.2.2.q.89.ar.j.in solu. scōi t tertij ar.dicit q virtus causat ex actib⁹ t meritum actibus coresponder. Dō confirmans apostolus.j.cor.3.dicit. Vnusquisq; ꝓpriam mercedem accipiet sm ꝓprium laborem. Et ad Gal.4.aū. Bonum aūt facientes non deficiamus:tempore enim suo metemus:vbi ait glo. Quātum seminauerim⁹ in operibus:tm̄ metemus de fructib⁹ eterne vite. Et Luc.io.dicitur. Dignus est operari⁹ mercede sua. Apoc.etiam vlti. dicitur. Ecce venio cito t merces mea mecū est dare vnicuiq; sm opera sua. Et Isa.53.dicit. Ꝓro eo q laborauit t operatus est: aia eius videbit dominum t saturabit. Si igitur vt patet causa precedit suum effectuz cum bona opatio sit causa meriti.concluditur necessario q nullus potest habere meritum vite eterne cū solo habitu fidei:t loquor de adultis: sed q tale meritum omnino precedat sua causa que est operatio bona. ¶Proinde Aug.libde moribus ecclesie dicit. ¶Premium merita sequi debet non precedere: nec plus potest ex iustitia dcus dare q̄ fit homo dignus. pensemus igitur non sine maximo labore t virtute meredem paradisi percipere posse. Nō ergo debemus premium petere nisi prius p̄cedat labor virtutis.hec ille. Ex qua ratione patet q quisq; habens fidem sine operibus virtuosis:in diuino iudicio est condēnādus: dicente Augustino in sententijs suis. Fides sine operibus signum est perditionis. in iudicio enim fides illa ostendet cuz in quo fuit fuisse christianū:et alia pte opera mala ostendent illum fuisse inimicum Christi: fides illa ostendet q Christo fidelitatem debuit.opera vero mala q fidem non exhibuit: t sic prodit tor fuit. Malus christianus habens fidē cū malis operibus:secum habet litteras sue dānationis:quia per fidem scriptum est i corde eius:q qui talia agunt regnū dei nunq̄ possidebunt. hec ille. Ex prefatis septem rōnibus cuidēter apparet:qualiter fides sine opibus est inutilis ad salutem. ¶Tertio etiam probo distinctionibus q opera simul cū fide cuilibet sunt necessaria ad salutē. Scōm enī Franciscū de Maro.in p̄.dist.vlti.Duplex ē actio siue operatio ad consequendū felicitatē necessaria.s.actio elicita seu intrinseca: t operatio extrinseca: vel iperata:operatio anime i trinseca t elicita est:quādo aliquid actu intelligitur per intellectum siue actu amatur ab intra per voluntatē.operatio aūt extrinseca t impata est qñ mediante intellectu t voluntate facimus operationes exteriores: veputa iciunare:elemosynas dare:t hmōi. Vel actio impata dicit:qñ voluntas mota ab intellectu impat potentijs seu sensibus sui corporis vt ereant ad opationes suas:sicu se restringant ab opcribus illicitis. His premissis cōcludit q cum actio extrinseca t impata ordinetur ad actionem elicitam t intrinsecaz:nō sufficit ad salutem simpliciter actio intrinseca anime:nisi simul sit t actio impata ab ea circa exteriora opera: t hoc pro loco t tempore quādo occurrunt facienda. Aliam distinctionem ponit Bonauen. in.2.di.40.ar. j.q.3.vbi querit.an opera simul cum habitu fidei sint necessaria ad salutez: t respōdit dicendo duobus modis possumus loqui de operibus bonis:aut de illis que sunt de sup erogatiōe:aut de illis que sunt in obligatiōe. De primis operib⁹ sup erogationis: ut est seruare virginitatē:relinquere mundū:t huiusmodi.dico q nullus ad illa opa tenet:nisi forte p votuz factum. Alia sunt opa obligationis de quibus distinguendū est. Aut enī ille qui habet intentionē t voluntatē ad aliquid faciendū:habet facultatē t possibilitatē:aut nō Si nō,habet possibilitatē: nō tenet ad opera exteriora:sed solū sufficit volūtas. Si aūt habz possibilitatē t facultatē: tunc obligatur ad opa fidei vel charitatis extrinseca:cū exigit locus temp⁹ cōditio t huiusmōi.q si sic ē a fortiori tenet quilibet brē erga proximos operationē charitatis intrinsecus. Hec Bonauē. Idem etiā Bo. querit sup prohemio primi sententiaꝝ.q.3.an scientia q̄ttuor libro rū.sit tradita simpliciter a spū sancto ꝓpter intelligere tm̄.t respondit q pfectibile a scia est ipse intellectus:qui intellect⁹ habet tripliciter cōsiderari. ¶Primo q̄tū ad se. Secūdo q̄tum ad affectionē siue voluntatē. Tertio q̄tum ad opus. Et ꝛcludit q spūs sctūs non tradidit simpliciter scientiaz intellectui ut ipse tm̄ intelligat: sed etiā ut referatur ad voluntatē:ut.s.ipsa velit t amet qō intelligit Et vltra hoc tradidit super omnia ut precipue referatur ad opus.i.ut quisq; operur qō diligit t cognoscit. Et infert ibidē q nullus vnq̄ est verus theolog⁹:seu legista:licet sciat oēs cōclusiones thelogie t legis ciuilis: nisi amet t operur ex charitate sm possibilitatez suā oia que ipsa sacra theologia vel lex ciuil demōstrat.hec ibi.sentētialr. Aliā dist.ponit Tho.in.j.di.38.di.q deus se habet ad salutē hois:sicut artifex ad suū op⁹. Artifex āt tria ꝛsiderat. ¶Primo obiectū. Secō finē. Tertō mediū ad finē,pducēs. Exēpli grā. Nā primo idē artifex ꝛsiderat formā dom⁹:q ē obiectū. Secō finē q est habitatio. Tertio mediū q est lapidee:ligna:cementū:t huiusmodi. Sic deus a simili in hois p̄destinatione t saluatiōe. ¶Primo cōsiderat obiectū p̄destinatū t saluandū: q est hō beatitudis capar. Secō finē quē vult hoi dare:q finis nihil ē aliud q̄ ipse deus. Tertio ꝛsiderat medium q̄ finis acgrit:t sic sunt virtutes t opera tiones bone sine quib⁹ nullus adultus saluari pōt.hec Tho.sentētialiter. Aliā deniq; dicit Bonauē.in.3.di.26.ar.j.q.4. in solu.j. ar.respondēs ad q̄stū illud. vtz petōr q caret opib⁹ fidei possit recte spare bitudinem. vbi sic dicit. Aliqs pōt erire in actū spei tripliciter. ¶Prio hūdo merita in ꝓposito t i effectu:sicut hōiust⁹ q diu deo seruit: t in posterū seruire intendit: t iste ē actus fidei formate. O qnā bona ē spes ista.o spes pfecta. o spes iocunda.certe hec est spes de qua ad Ro.5.dr. Spes nō confundit: q: charitas dei diffusa est in cordib⁹ vestris. ¶Secūdo habendo merita in ꝓposito t nō in effectu: sic ille q est peccator t ꝓponit multa bona opa facere:t p illa saluari:t iste est actus spei informis:t est valde dubius t periculosus:modici q valoris nisi actualiter ponat in effectu. ¶Tertio nō habēdo merita t opatiōes nec in effectu nec in ꝓposito:sicut ille q est peccator:t ꝓponit multa bona opa facere: sp agit mala t nulla facit bona:t deliberat sic pscue rare:sed per solam misericordiā dei se credit gliam adeptur. Et iste est actus nō spei: sed presumptionis:de quo Eccli.37.dr. O presumptio negissima vñ creata es. hec Bona. Ex predictis etiā distinctionib⁹ patet: qualr habitus fidei nō saluat simpliciter xp̄ianum sed ipse virtutes atq; opatiōes bone. ¶Ad hoc idē,pbo silitudinib⁹. Et pmo silitudine nāli. Nam pbus pmo de ce.t mū.dic. q nā tria exigit ad pfectionē vniuscuiusq; rei: vz substantiā:virtutē:t operationē: patet in vite que licet bēat potentiā t virtutē ,pducēdi vinū:tñ si careat fructu vini nequaq; vitis illa pfecta dicetur. Sic a sili:licet qs bēat substantiā habitus fidei t etiā possibilitatez ,pducēdi opa:si nō erit in opationes: nō dr bre bonā fidē. ¶Secō hoc idē ,pbo silitudine artificiali. Sicut enīz artifex simplr faciens bonū fundamentū domus: t non ptes vel rectū vituperabilis est.sic a sili bus simpliciter habitū fidei t nō opa vitupabilis ē. Oppositū est de domo q̄ qñ bz bonū fundamentū cū oib⁹ suis ptib⁹ t alijs ornamētis que requirūtur ad eius pfectionē:tunc laudatur dom⁹ t eius artifex. Inde est q Scīs. pmo legit.q,pductis fundamētis deus posuit alia ornamēta:,pter qō dr. Iqit pfecti sunt celi t terra t ois ornatus eoz. Sic a simili:nō sufficit habere fidei fundamentū: ni si quisq; ornet illud alijs virtutib⁹ t opibus bonis:veluti iustitia:temperantia:fortitudine:

Universidad de Deusto
Biblioteca

prudētia:mālsuctudie:ꝛ hmōi. Dō mistice figuratū est Apoc.21.vbi dr. q fundamentū ciuitatis hierlm erat ornatū oi lapide pcioso. Et Ezech.28.dicit. Omnis lapis pcriosus operimentū tuū. ¶Tertio hoc idē probo similitudine sciētiali. Mā pbus pmo ¶Posterioꝛ dicit. In demōstratione alicui⁹ scientie tria sunt necessaria.vꝫ vnū qō demōstratur sc̄z cōclusio.hoc est autē q ꝺtinet in se id qō inest alicui generi p se. ¶Secundū est dignitas.dignitates autē sunt ex ḡbus demōstratio fit. ¶Tertiū autē est genus subiecti. cui⁹ passiones ꝓprias ꝛ per se accidētia ostendit demōstratio.His pmissis pz q qui ignorat mediū nunq̄ pōt inferre cōclusionē.sicut dicendo.Omne animal rōnale est risibile. Si ignoret mediū:q est omnis homo:nūq̄ poterit concludi:ergo omnis homo est animal risibile. Sic a simili dico si quis ignorat mediū fidei q est operatio:nunq̄ poterit inferre cōclusionē q saluetur. ¶Quarto hoc idē probo similitudine penitentiali seu diuinali Nam Ricar.in.4.dist.14.ar.5.q.2.querit. vtrū prius acceptet deus actū penitentie q̄ habitū:ꝛ probat q sic dicit. Illud prius ordine nature formal a charitate quod prius ordie nature a deo acceptat:sed prius ordine nature.i. fm rationē intelligendi acceptat a deo actus penitentie q̄ habitus penitētie ordinatur ad actū sicut ad ꝓximū finē:ꝛ deus pri⁹ ordine nature acceptat bonuꝫ q est finis:q̄ bonū q est ad finē:quia bonū quod est ad finem acceptat,ꝓpter finē:ergo prius ordie nature plus deo placet act⁹penitētie q̄ habit⁹. Immo habitū simpliciter penitētie nūq̄ acceptat deus sine actu.hoc ꝓsuppposito arguo a simili q plus deo placent opa fidei q̄ habitus:ꝛ nunq̄ simpliciter acceptat de⁹habitum fidei sine suo actu. ¶Quito deniq̄ hoc ꝓbo silitudine figurali. Nam ꝓtermissa silitudine que habet Mat.21.ꝛ Luce.13. De arboze nō faciente fructū que fuit a dño male dicta:p eo q non habebat nisi folia. Accipe figuraꝫ que ponit Luce.io.vbi sic dicit. Quidam homo descendebat a hierusalē in hierichō ꝛ incidit in latrones:qui dispoliauerunt eum ꝛ plagis impositis abierunt semiuino relicto.Accidit autē ut sacerdos quidā trāsiret ꝛ viso illo preteriit. Similiter etiā leuita cum esset iecus locum ꝛ videret cū pertransiit Samaritanus autē quidā videns cū misericordia motus est ꝛ appropiās alligauit vulnera eius infundens oleū ꝛ vinū:ꝛ imponēs illum super iumentū suū duxit ad stabulum ꝛ curam eius egit.ꝛ altera die protulit duos denarios:ꝛ dixit stabulario cura illius habe:ꝛ quodcūq̄ supererogaueris reddam tibi.hec ibi. Hanc similitudinē proposuit dominus cuidaꝫ legisperito:cum interroganti quis esset proximus suus ab eo diligendus:et quod cū exposuisset:ut pretactum est superiori similitudine:statim interrogauit legisperitum di.Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones: an sacerdos:an leuita:an samaritanus?At ille dixit.Qui fecit misericordiā in illuꝫ. Et ait illi Jesus. Vade ꝛ tu fac similiter.Qua similitudine datur intelligi:simul cum ceteris similitudinibus q habitus fidei ꝛ amor sine operibus nō meretur laudē nec salutē. ¶Quinto postremo probo exemplis: qualiter fides sine operib⁹ nō sufficit ad salutem. Maꝫ Jacobi.2.dr. Vis scire o homo inanis:qm̄ fides sine operib⁹ mortua est. Abraam pater noster nōne ex opibus iustificat⁹ est offerēs filiuꝫ suū ysaac super altare. Vides ergo quia fides coopabatur opibus illius: ꝛ ex operibus fides cōsummata est:ꝛ suppleta est scriptura.di.Credidit abraam deo ꝛ reputatum est ei ad iusticiā:ꝛ amic⁹ dei appellat⁹ est: videris quoniā ex operibus iustificat homo ꝛ nō ex fide tantū. Similiter et raab meretrix nonne ex operibus iustificata est suscipiens nūcios:ꝛ per aliā viā ejciens.Sicut enī corpus sine spiritu mortuuꝫ est: ita ꝛ fides sine operibus mortua est.hec ibi. Quibus exemplis patet:qualiter opera sunt necessaria ad salutem.Aliud exemplū ponitur Matth.20 de patrefamilias qui noluit dare ociosis sed simpliciter operarijs ꝛ vince mercedem ꝛ premiū.vnde ibi sic dicit.Cum autem sero factum esset:dicit dominꝰ vinee procuratori suo. Voca operarios ꝛ redde illis mercedez suam:incipiens a nouissimis vsq̄ ad primos hec ibi.Aliud exemplū habet Beñ.2.de adi ibi enim dicit. Tulit deus dominē ꝛ posuit eum in paradiso voluptatis:ut operaretur ꝛ custodiret illum. Nota q dicit operaretur. Duplex est enim operatio fm pbum.secūdo Methꝛa.ꝛ sexto Ethicoꝝ.i.practica ꝛ speculativa.practica est per quā fit membroꝝ exercitatio:ꝛ hec non erat necessaria ade in statu innocentie. Ideo tū post peccatū dictum est ei in sudore vultus tui.v.p. tuo. Speculativa autē operatio est in anima:que tū exercetur in cogitatione meditatione delectatione ꝛ obediētie adimpletione. Hac igitur secunda operatione intellectus est dicendum Adaꝫ nouisse opari in statu inocētie ut.i.circa ei⁹cognitionē dilectionē atq̄ subiectionē operaretur. ¶Post statum tamē culpe pro loco ꝛ tempore:tā operatio specularia q̄ practica cuilibet est necessaria ad salutem. Aliud deniq̄ exemplum habemus de saluatore nostro Jesu rpo: qui in hoc mundo trigi patribus ānis in bonis operibus semper se occupauit. Unde Joan.io.cum calumniare tur a iudeis q dei filius non esset: dixit eis. Opera que ego facio in nomine patris mei ipsa phibent testimoniū de me:multa bona opera ostendi vobis:propter quod eoꝝ op⁹ me lapidatis? Si nō facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio ꝛ si mihi nō vultis credere operibus credite.ut cognoscatis ꝛ credatis:quia pater in me est et ego in patre. hec ibi. Et Actu. pmo dicitur. Cepit Jesus facere ꝛ p⁹ docere.Luce quoq̄ 24.dicitur. Oportebat pati rpm:ꝛ ita intrare in gloriā suam. Si igitur necesse fuit rpm per viam crucis:ꝛ per cetera bona opera in gloriam suam intrare:a fortiori necesse est nos ambulare per viaꝫ crucis:ꝛ opera bona ut sic introeamus in gloriam eternam. Quod confirmans ipse dominus Matthei.16.ait. Qui vult venire post me.s.in vitam eternaꝫ ab.rē.Ad quod faciendū nos egregie induxit sanctus Leo papa in sermone infra octauam epiphanie.di. Erigite ergo dilectissimi fideles animos vestros ad coruscationē gratie luminis sempiterni: ꝛ impensa humane salutis sacramenta venerantes : studium vestrum bis que pro nobis gesta sunt subdite. diligite castimōie puritatē: quia rpus filius virginitatis est.Abstinete vos a carnalibus desiderijs: qui militant aduersus animam quēadmodum nos ¶Paulus apostol⁹ suis ut legimus verbis hortat. Malitia paruuli estote:quia domin⁹ glorie se mortalū conformauit infantie. Secramini humilitatem quā dei filius suos discipulos docere dignatus est.Induite vos virtutem patientie in q̄ animas vestras possitis acquirere : quoniā qui cunctoꝝ est redemptio ipse est omniuꝫ fortitudo. Que sursum sunt sapite non que super terram:per viam veritatis ꝛ vite constanter incedite:nec vos impediant terrena quibus parata sunt celestia.hec ille. Ex predictis igitur auctoritatib⁹:rationibus:diuisionib⁹:similitudinibus: atq̄ exemplis patz qualiter ad salutem nō sufficit fides cordis ꝛ confessionis: sed ꝛ necessario requiritur ut quisq̄ actualr se exerceat circa omnia opera fidei sibi possibilia. Et sic insuper patz tertia circūstantia ad integritatem vere fidei necessaria:que dicitur circūstantia operatiōis. Quā fidei circunstantiā ꝛ operationem: nobis concedere dignetur donator omniū bonorū Jesus xp̄us dominus noster.Qui cuz patre ꝛ spiritusancto gloriosus triumphat.p immortalia secula seculorum.Amen.

¶Sabbato post quartam dominicā quadragesime.Iterum de integritate ipsius sacratissime fidei.

Ego sum lux mundi : qui sequit̄ me non ambulat in tenebris:sed habebit lumen vite. s. eterne. Scribūtur hec verba Joā. 8.ca.ꝛ in euangelio occurrētis feric. ¶Post sacri euangelij litteralē ꝛ moralem expositionem generosi ciues. Erquo ut claruit in p̄cedenti sermone sufficiēter declarata fuit tertia circunstantia ad integritatem vere fidei summe necessaria: q̄ dicit circunstātia operationis. nūc in presenti sermone exponenda est necessario sequens circūstantia proposita in ordine:que dicat circūstantia intensionis. Cuius quidem circūstantie declaratio talis erit.

¶De quarta circūstantia ad integritatē vere fidei necessaria:q̄ dr circūstātia intēsiōis.

Quarta igit circūstātia ad integritatē vere fidei necessaria:dr circūstātia intēsionis. Sicut eni dicit ab auctore 6.p̄n.duplex est bonitas in reb⁹nātib⁹.s.intēsiua ꝛ extēsiua.Bōitas intēsiua respicit gradus bonitatis.Bonitas vero extēsiua: respicit diuturnitatē tpis. ¶Dz hec veritas exemplo de duplici gnē vini:quoꝝ vnuz etiā si sit ciusdem mēsure cum altero excedit alterum in viginti gradibus letificationis confortationis roborationis atq̄ vigorationis. Et hū

Universidad de Deusto
Biblioteca

gradus dicãtur bonitas intensiua ipsi⁹ vini: Bonitas vero extensiua dicit esse in vino: quando durat in suo vigore diuturniori tpe q⁹ nó facit aliud vinũ: quod ex debilitate sentiens modicũ calorem: cito versabit ꝛ deficiet. His premissis dico a simili q⁹ ad hoc q⁹ fides vera sit: debet in se habere predictã duplicẽ bonitatem: vz bonitatẽ intensiuã. ut. s. habeat in se multos gradus magnitudinis, ut sit magna ꝛ nõ parua. Item debet habere bonitatem extensiuã. ut. s. fides sit diuturna ꝛ longeua: ꝛ nõ mometanea. De qua bonitate extẽsionis infer⁹ suo loco dicẽ. Sufficiat igit ad psens tractare de bonitate intensiua ipsius fidei. i. qualiter debet esse magna ꝛ nõ parua. ℙro cuius cõclusionis declaratione: tria de magnitudine fidei declaranda sunt. ℙrimo sua veritas. Secũdo sua diuersitas. Tertio sua nẽcitas. ¶ ℙrimo declaranda est sua veritas. s. magnitudinis ipsius fidei. ꝓ quo tenẽdũ est: q⁹ realiter habitus fidei potest crescere in gradib⁹ magnitudinis. Quod tripliciter probo. videlicet ℙrimo auctoritatib⁹. Secundo ratione. Tertio distinctione. ¶ ℙrimo ꝓbo auctoritate: q⁹ fides põt crescere intensiue quo ad gradus. vnde Ber. in suis sententijs ait. Fides põt esse ꝛ magna ꝛ pua. Si magna est meret laudẽ si parua vituperiũ. ¶ Secundo hoc idem ꝓbo ratione diuisionis. Fundamẽtum ratiõis ponit pbus. 5. Eth. di. Vbicũq; est reperire puum ꝛ magnũ: ibi requirẽt etiã magis ꝛ min⁹ ꝛ equale. Quo p̃supposito: certũ est q⁹ in fide inueniãt magnũ ꝛ paruũ. de qua fide dicit dñs ℙetro. Matt. 14. Modice fidei quare dubitasti. De fide vero magna: dixit mulieri chananee. Matt. 15. Mulier magna est fides tua. Quod si sic est: ergo cõcludit q⁹ fides potest crescere intensiue ꝛ potest esse maior in vno q̃ in alio. ¶ Tertio hoc idem ꝓbo distinctione. Tho. sc̃a se cũde. q. 5. ar. 4. di. Cum queritur an fides possit esse maior in vno q̃ in alio. Rñdeo q⁹ q̃ titas habitus ex duob⁹ potest attendi. Vno modo ex obiecto. Alio modo sm participationẽ subiecti. Obiectũ autẽ fidei potest dupliciter cõsiderari. Vno modo ꝓ formalem rationẽ. Alio modo sm ea que materialiter credenda proponũtur. Formale obiectum fidei est vnũ ꝛ simplex. s. virtus ꝑma: vnde ex hac ꝓte fides nõ diuersificat in credentibus sed est vna specie in omnib⁹: sed ea que materialiter credenda ꝓponũtur sunt plura ꝛ possunt accipi vel magis vel min⁹ explicite. Et sm hoc põt vnus homo plura explicite credere q̃ alius: ꝛ sic in vno potest esse maior fides sm maiorẽ fidei explicationem. Si vero cõsideretur fides sm capacitatẽ subiecti: hoc cõtingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ꝛ ex intellectu ꝛ ex volũtate. Patet ergo fides in aliquo dici maior. Uno modo ex ꝓte intellectus: ꝓpter maiorẽ certitudinẽ ꝛ firmitatẽ. Alio modo ex parte voluntatis: propter maiorẽ promptitudinẽ: seu deuotionẽ vel confidentiã. hec Tho. verbaliter. Patet igit ex predicta auctoritate rõne ꝛ distinctione: qualiter fides potest crescere intensiue: sm gradus magnitudinis. ¶ Secundo declarãda est huius cõclusionis diuersitas. i. habemus videre quot modis fides potuerit ꝛ etiam nunc possit intensiue crescere. ℙro quo notãdũ est: q⁹ sm doctores fides crescit in magnitudine decẽ modis.

¶ ℙrimo explanatione.
¶ Secundo illuminatione.
¶ Tertio certificatione.
¶ Quarto infusione.
¶ Quinto affectione.
¶ Sexto opinione.
¶ Septimo despectione.
¶ Octauo tolleratione.
¶ Nono operatione.
¶ Decimo duratione.

¶ ℙrimo dico: q⁹ fides potest crescere intensiue: ꝛ esse maior in vno q̃ in alio explanatiõne: seu ex multiplicatione credẽdoꝝ. Et hoc modo fides creuit: ꝛ est maior vniuersaliter in his que sunt sub lege noua: q̃ in omnib⁹ qui fuerũt in veteri lege: quod tripliciter ꝓbo ℙrimo auctoritate. Secũdo rõne. Tertio distinctione. ¶ ℙrimo ꝓbo auctoritate. Nam glosa sup verba Exodi. 3. v3. Nomẽ. Adonay nõ indicaui eis. ait. Nomẽ dei magis clarificatũ fuit: post xp̃i aduentũ omnib⁹ fidelib⁹: q̃ ante eius aduentũ: q⁹ ihesus q̃ saluator interp̃atur nobis mõstratus est ꝛ nõ illis. ¶ Secõ hoc idẽ probo rõne argumẽtationis. Fundamentũ rõnis ponit pbus. 4. Thopicoꝝ. di. Si de quo magis videt inẽe ꝛ inest: ꝛ id de quo minus. Quo p̃supposito Fran. de maro. sup missus ẽ dicit ad litteram. Aliquid cognouit ecclesia post aduentũ xp̃i quod etiã latebat suppremos angelos. Nõ si sic est: ergo multo fortius nunc ecclesia cognoscit aliud ꝛ credit quod latebat homines puros veteris legis ꝓpter qõ concluditur q⁹ fides creuit quãtũ ad ea que per Christus credunt ꝛ cognoscunt. Nõ ꝛ confirmans aplus ad Eph. 3. dicit. Vt innotescat potestatibus ꝛ principatibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. ¶ Tertio hoc idem probo distinctione. Nam Bonauen. in. 3. dist. 25. ar. 2. q. 1. querit an fides creuerit vl̃ ꝓfecerit quãtum ad credendoꝝ multitudinem. ꝛ respõdit. di. q⁹ credibilia multiplicari dupliciter põt intelligi: vel quantum ad nouoꝝ articulorum additionem: vel quantum ad multiplicatoꝝ explanationem. Si primo modo intelligatur: sic non est concedendus fidem ꝓfeciss̃e quãtum ad multiplicationem credendoꝝ. Si sc̃o modo: sic profuit sm ꝓcessũ temporis: quia qñ vno tempore credebãt implicite ꝛ quasi vno articulo processu temporis explicatum est ꝛ distinctum in multa credibilia. vnde sicut aliquo tempore sufficiebat credere simpliciter redemptorem futurũ: nũc autem circa ipsum redemptorem septem articuli particulariter explicantur: ꝛ multa ex illis consequentia. Et hoc est q⁹ dicit Ugo de sancto victore in lib. de sacramẽtis. Añ legez inquit deus creator credebatur: ꝛ ab eo salus ꝛ redemptio expectabatur: per quẽ autem et quomodo eadem salus perficienda ꝛ implẽda foret: exceptis paucis quibus hoc scire singulariter ex munere datum erat a cunctis fidelibus non cognoscebatur. Sub lege aut ꝓsona redemptoris predicabatur mittenda: q̃ autem ipsa ꝓsona foret hoc est homo vel angelus vel deus mũdum manifestabat. Soli enim hoc cognouerũt qui per spiritũ illuminati fuerunt. Sub gratia aũt manifeste iam ab omnibus predicatur ꝛ creditur: ꝛ modus redemptionis ꝛ qualitas personę redẽptoris Et sic patet q⁹ fides creuit ꝛ profecit quãtum ad credibilium multiplicationẽ non noua addendo: sed quodãmodo implicata explicãdo. Qualitas enim persona redemptoris ꝛ modus sciri non põt aperte nisi sub quadã articulorum multitudine ꝛ distinctiõe. ℏ Bona. verbaliter. Ex predicta igit rõne auct̃e ꝛ distinctione patet qualiter fides creuit explanatione. ¶ Sc̃o etiã dico q⁹ fides põt crescere

intensiue ꝛ esse maior in vno q̃ in alio illuminatione seu maiori cognitiõe. Et hoc mõ fides creuit: ꝛ etiam est maior vniuersaliter i his qui sunt sub lege noua quã in omnibus qui fuerunt sub lege veteri quod tripliciter probo. ℙrimo auct̃e. Sc̃o rõne. Tertio distinc. ¶ ℙrimo auct̃e probo. Nã Grego. super verba Luc. 10. Beati oculi qui vident que vos videtis. ait. Scõm incrementa temporum creuit sciẽtia sanctoꝝ ꝛ spũalũ patrũ ꝛ quãto aduentui saluatoris viciniores extitерũt: tãto mysterũ salutis plenius peceperũt hec ille. ¶ Sc̃o hoc idem probo rõne causalitatis. Fundamentum rationis ponit pbus. 3. phys. di. Innata est nobis via cognoscendi ex principijs nobis notioribus que sunt vniuersalia ꝛ magis cõfusa in notioꝛ ꝛ certioꝛ nature. patet hec regula. Nã qũ quis videt ℙetrum a longe seu remotissime cognoscit cum vniuersaliter ꝛ confuse: credendo simplr q⁹ sit lignum imobile aut lapis. Cum autem ei parum appropinquat videt eum mouere perfectius ipsum cognoscit ꝓpter quod iudicat in corpore esse aliquod animal. Cũ aũt magis ei appropinquat: adhuc perfectius eũ cognoscit: propter qõ iudicat in genere: q⁹ est vnus homo. Cum aũt fit ei proximus habet perfectissimam de ipso cognitionem: eo q⁹ cognoscit in spẽ ipm esse ℙetrũ ꝛ nõ Jacobũ vel Joannẽ. Quo presuppositoꝛ certum est q⁹ cũ patres noui testamenti fuerũt ꝓmiores xp̃o illum etiã pson̄aliter viderũt. Ecõtra vero quia pces veteris testamenti remotioꝛes fuerunt a pñtia ipsius xp̃i incarnati: ꝛcludit oio q⁹ maior est cognitio ꝛ fides in patrib⁹ noui testamenti q̃ in patribus veteris legis: quia illi habuerũt legẽ ꝛfusã: nos vero clarissimã Et ideo Jo. baptista qui fuit ꝓpingssim⁹ saluatoꝛi expresse cognouit ꝛ clarius aduẽtũ xp̃i in carne. Vñ dixit Jo. j. Ego vidi ꝛ testimoniũ perhibui: q⁹ h̃ vere est filius dei. Et etiaz expressius ꝛ clarius cognouit cũ venturũ ad passionẽ: vñ subiecit. Ecce agnus dei: precuncians eius immolationez futurã. ¶ Tertio, hoc idem ꝓbo distinctiõe. Nam Bona. in. 3. di. 25. ar. 2. q. 2. querit an fides ꝓfecerit quãtum ad cognitiõis seu illuminatiõis plenitudinẽ: Et rñdit di. q⁹ sm diuersitatẽ temporꝛ: indubitanter creuit fides quãtũ ad luminis plenitudinẽ intelligendo: de fide sm statũ cõem

hoc autem non est propter ipsorum temporꝫ transmutationem. primo ⁊ principaliter sed propter veritatis exhibitionem ⁊ manifestationem: propter maiorem gratie diffusionem ⁊ propter pleniorem instructionem. Ideo cui credentes: clarius nunc ea que creduꝫ cognoscunt q̄ antiquitus cognoscebant: qz iam est veritas exhibita ⁊ mōstrata per Christū. Jā ⁊ gratia spiritus sancti amplius diffunditur in sacramentis nouc legis ꝓpter xpi meritū ⁊ precium iam solutum. Jam etiam nunc fides apertius predicatur docetur probatur et defenditur per euidens discipulorum xpi et eius sequatium documentum. hec Bonauē. ¶Patet etiam qꝫ non tm̄ quātum ad maiorē cognitionem maior est fides in lege noua q̄ in veteri: sed etiam fides intensiue reperitur nunc in vno qui est sub lege noua q̄ in alio. Quod sic probo. Qui enim expressiorem et ampliorem explicationem de credibilib⁹ hēt maiorem fidem habet: sed talem habent prelati: vel talem habere debent maiores respectu minoruꝫ: ergo ꝛc̄. Nam qui ea que sunt fidei explicite cognoscit: fidem habet maiorē q̄ qui ea cognoscit implicite. Quod ꝓbans Tho.2.2.q.2.ar.6.dicit. Dō fides simpliciuꝫ vel minorum minor est in cognitione respectu maiorum vel prelatorum. Ratio est quia discipuli qui docentur non hūt tantam scientiam quā habet magister ⁊ ille q docet. Sed minores ⁊ simplices se habent sicut q docēt. Maiores aūt seu prelati sicut qui docēt. Ex predictis aūcte: rōne: distinc. patet qualiter fides fuit est ⁊ pōt esse maior intensiue in vno q̄ in alio in cognitōe. ¶Tertio dico qꝫ fides pōt crescere intensiue plus in vno q̄ in alio certificatione. i. qꝫ vnus pōt habere maiorem certitudinē de his que sunt fidei q̄ alius. Et hoc modo est etiā maior certitudo vīr in his qui sunt sub lege noua q̄ in his qui fuerunt sub lege veteri qō tripliciter ꝓbo. ⌈¶Primo auctoritate. ⌈Scō rōne. ⌈Tertio distinctōe ¶Primo ꝓbo auctoritate. Nam glo. super verba Isa.9. ¶Paruulus natus est nobis dic̄ Certitudo ista adiecta fuit plus i lege noua q̄ in veteri: eo qꝫ lex vetus loquebat: non in psona sua: sed in psona noue legis. scō hoc idem ꝓbo triplici rōne. ¶Primo rōne causationis. Scō rōne affirmatiōis. Tertio rōne testificatiōis. ¶Primo ꝓbo rōne causatōis qꝫ maior est certitudo in his que sunt fidei in lege noua q̄ in veteri. Fundamentū rationis ponit auctor i libro de causis. di. Vbi ē plus de causa ibi est plus de causato: ꝫ quia vbi ē plus de infirmitate: ibi ē pl⁹ de dolore. Quo presupposito certum est ꝝ ꝓbm. i. de aia qꝫ vbi plus est de cognitione ibi plus est de certitudine: sed manifestum est vt imediate patebatum est: qꝫ qui sunt sub lege noua maiorē habuerunt cognitionem de mysterijs incarnationis q̄ patres antiqui: ergo. ꝛc̄. ꝓbo hoc duplr. ¶Primo respectu pītie ipsius ḡ maiorem generat cognitionē q̄ absentia: dicēte pho. 3. de aia. Cognitio inquit rei ē alia a cognitione ipsius esse rei. Quia aliud est res ⁊ aliud est esse rei: ꝫ aliō est magnitudo ⁊ aliō magnitudinis esse. Et. i. posteriorum: atqꝫ. i. physicoꝝ. dicit. Cognoscere aūt tunc vnumquodqꝫ arbitramur cum causas eius cognoscimus. Et. 9. ethicoꝝ. Cognoscere autem et speculari magis possumus ꝓmiores q̄ remotiores. Scō etiam magis cognouerunt respectu suc doctrine. Nam Jo. 15. dicitur. Omnia quecūqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Si igit qui sūt sub lege noua hūt maiorem cognitionem de mysterijs fidei q̄ habuerunt qui fuerunt sub lege veteri: ꝺdicitur per consequēs qꝫ etiam habēt maiorꝫ certitudinem fidei q̄ ipsi. ¶Scō hoc idem probo ratione affirmationis. Fundamentū rationis ponit ¶Plato in thimeo. di. Certius semꝑ est quod necessario eueniit: q̄ qō cōtingenter. patet quia ꝝ ꝓbm. 4. metha. Necessarium est qꝫ aliter nō pōt se habere. Ecō tra ꝑ periermc. dicitur. Contingens idifferenter se habet ad esse ⁊ ad nō esse. hoc idē dō. ꝓioꝝ. vnde de futuris contingentibus non est determinata veritas. Et qꝫ certius sit necesse q̄ contingēs patet exemplo. Nam maiorem certitudinem habet pater de filio quē genuit q̄ ō filio quē habiturus ē. Et ratio ē quia ꝓmū ē necessariū. scō vero contingēs Quo presupposito certū est a simili qꝫ fides que est de ꝺtingenti fuit fides qua pres antiqui credebant xpm̄ esse passurum seu incarnandum. Fides vero nostra qua iam credimus ipsum incarnatum ⁊ passum est de necessario. Ideo concluditur qꝫ maior est certitudo in nobis de mysterijs Christi que presentialiter habemus q̄ in oibus antige qui

erant ea habituri. Non enim illi poterant dicere illō. j. Jo. j. Quod vidimus ⁊ audiuim⁹ et perspeximus ⁊ manus nostre contrectauerunt de verbo vite. ⁊ illud Jo. j. Verbum caro factum est. Nam ipsi loquebantur de futuro tēpore dicentes Ysa. 7. Ecce virgo concipiet ꝛc̄. Nos autem loquimur de preterito dicentes. Ecce virgo concipiet ⁊ peperit filiuꝫ Immo nunc mortalr peccaret: qui fidem suam protestando diceret christum nasciturum seu moriturum: quod antiqui patres veraciter ⁊ pie dicebant: sicut ipsi etiaꝫ mortalr peccassent: si affirmatiue dixissent virgo concepit ⁊ christus natus est atqꝫ mortuus. ¶Tertio hoc idem ꝓbo ratione testificationis. Fundamentum rationis ponit dominus Mat. 18. quod etiam habetur extra de testamentis ca. relatum. vbi dicitur. In oꝝ duoꝝ vel triū stat omne verbum. Quod si sic est: ergo certius est aliqd ḡto pluribus testibus ꝺfirmat Sed certum est qꝫ fides ecclesie pluribus testibus confirmata est: q̄ fuerit fides synagoge: sine ḡtum ad miracula: siue quantum ad martyria: siue quantum ad prophetaꝝ oracula: propter que omnia concluditur qꝫ maior est fidei certitudo in nobis: q̄ in omnibus: q fuerunt ante christi aduentum incarnatōis. ¶Tertio hoc idem probo distinctōe. Nam Bonauentura in terrio di. 25. arti. 2. q. 3. querit an fides creuerit quantum ad ascēsus certitudinem. ⁊ respondit dicens. qꝫ certitudine fidei est loqui dupliciter ꝝ duplicem comparationem. Habet enim fides comparari ad ipsam veritatem dictantem. Habet etiaꝫ comparari ad ipsum intellectum assentiētez. Si loquamur de certitudine fidei per comparationem ad veritatem dictantez: sic eius certitudo non habet minui nec augeri: qz cū ipsa veritas diuina certissima sit: ⁊ falli non possit quantum ex parte rationis dictantis in fide: quicunqꝫ assentit diuine veritati propter se ⁊ sup oia est in statu vere certitudinis nec hꝫ et illa pte fides ꝓficere in certitudine. Si aūt loquamur de certitudine fidei ꝑ cōparatōez ad ipꝫ credentē: sic realiter concedi pōt qꝫ fides crescit ḡtum ad certitudinē: tuꝫ ꝓpter clariorē cognitionez: tum ꝓpter ꝑsentiam rei habitā: tum etiaꝫ ꝓpter maiorē devotionem. Illa. n. fides certior est: que apertius cognoscit: que securi⁹ possidet ꝛ ⁊ que de notius acquiescit. Et quantum ad hec tria fides ꝝ diuersitatem temporuꝫ creuit. Dec Bonauentura verbaliter. Ex predicta igitur auctoritate: triplici ratione atqꝫ distinctione patet qualiter fides maior est: ⁊ esse potest in vno q̄ in alio: quantum ad certificationem. ¶Quarto dico qꝫ fides potest esse maior intensiue in vno: q̄ in alio infusione. Nam ⁊ si ex parte ipsius dei fidem infundentis nō sit maior fides in vno q̄ in alio: tm̄ respectu maioris dispositionis subiecti fidem recipientis fides potest ee maior in vno q̄ in alio. Et ratio est: qz ꝝ ¶Platonem in thimeo. Forme dantur ꝝm mercedem seu dispositionē māe. Quo ꝓpposito: certum est qꝫ sicut ꝝm maiorem capacitatē intellectus vnus magis cognoscit virtutem principioꝝ q̄ alius: ita ꝝm donum gratie vnus magis cognoscit per fidem veritatis fidei q̄ alius. Et sic patet qualiter fides intensiue crescit infusione. ¶Quinto etiam dico qꝫ fides intensiue crescit affectione: deuotione: seu dilectione. Certum est eiꝫ qꝫ veritati prime de qua est fides: qdam ferentius ⁊ deuotius ḡtum ad actus concupiscibilis se subijciuntur per maiorem dilectionem alijs. Et ꝝm hoc fides est maior in vno q̄ in alio. Quod patet de fide informi respectu fidei formate. i. perfecte per caritatem: qz qui habet fidem caritate formatam: dicit habere maiorem fidem: q̄ qui habet fidem informem ⁊ sine caritate. Nam qui fidem sine caritate habet: non seruit proprie deo. ⁊ ratio est: quia licet talis faciat quod deus precipit: tamen non faciens illud ex caritate non facit proprie ꝝm qꝫ deus vult. Et sic patet qualiter respectu affectionis seu dilectionis: fides reperitur intensiue esse maior in vno q̄ in alio ¶Sexto etiam dico qꝫ fides potest crescere intensiue ⁊ esse maior in vno q̄ in alio opinione. Nam quando vnus magis sentit magna de deo: seu maiorem opinionem hꝫ q̄ alius: talis intensiue dicitur habere maiorez fidem. Hoc modo centurio dicitur habuisse maiorem fidem: qꝫ vt habetur Mat. 8. credebat christum solo verbo posse sanare puerum suum: iudicans etiā se totalr indignū esse: vt christus intraret sub tectū suuꝫ. ¶Propter qō dictum est ei a dño. Non inueni tantam fidem in israel. Dō si opponeres contra hoc dicens. Nonne inuenit xps maiorem fidem

in brā vlrgine ⁊ in apostolis? Certe sic. Chrysosto. aūt sup Mat. ad hoc respondit di. Nō maiorem fidē in cēturione inuenit: q; a nullo doctus fuit vnde subdit Chrysosto. Credidit inquit Andreas: sed Johe dicente. Ecce agnus dei. Credidit ℙetrus: sed euangelizā te sibi Andrea. Credidit ℙhilippus: sed legendo scripturas. Nathanael etiam prius signuz diuinitatis accepit. Jayrus israelis p̄nceps pro filia sua petens non dixit dic verbo sed veni velociter. Nichodem⁹ de baptismi sacramento audiens ait. Quomodo possunt hec fieri Maria ⁊ Martha dicunt. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus: tanq̄ dubitantes an vbiq; posset esse christi p̄sentia. Hec ille. Oppositū est de illis q parua de deo sentiunt: ⁊ q iudicant prouidentiam dei circa inferiora esse iniustā: quando tales dicuntur habere paruam fidē. Contra quos fac discursum ⁊ exprobrationem si vis: ⁊ p̄cipue etiam contra querentes sanitatem ab incantatoribus: ⁊ non a deo. ℙPatet igit ex predictis q; respectu opiniōis fides inuenitur esse maior in vno q̄ in alio. ¶ Septimo etiaz dico q; intensiue fides crescit ⁊ pōt esse maior in vno q̄ in alio dispectōe. Quando enim quis bona transitoria ⁊ visibilia in tuitu eternorum bonorum atq; inuisibilium totaliter contemnit: talis profecto dicitur habere magnā fidē. Hoc modo Moyses laudatur: de quo apostolus ad hebr. xj. c. ait. Fide Moyses grandis factus: negauit se esse filium filie ℙpharaonis: magis eligēs affligi cum pp̄lo dei: q̄ temporalis peccati habere iocunditatem: maiores diuitias estimās thesauro egyptioz̄ improperium christi. Aspiciebat ciz in remunerationēz. Hec ibi. Sup que verba Augu. ait. Maxime fidei p̄fecto fuit oēm p̄sentem ⁊ temporalem spnere iocunditatem: ⁊ futuram solum sperare felicitatez. Hanc magnam fidem summe habuit brūs pater noster Franciscus: q; oia paterna bona reliquit pro eternis: de quo Bonauen. in legenda ait. Cum pater eius ligdo cerneret q; eum a sua opinione reuocare non posset: cepit eidem vehemēter insistere: vt episcopum ciuitatis vna secum adiret: ciusq; renunciaret in manibus hereditario iuri paternaruz oium facultatum. Ad qō exequendum dñi seruus vltro se offerens mox vt peruenit ad antistitem: nec moraz est passus: nec cunctatus de aliquo: nec exegit verba: nec reddidit: quin potius vestimenta sic cuncta deposuit q; ⁊ formalia ipsa reiecit: totusq; coram astantibus: vt ebrius spiritu amore illius nudari non horruit: qui nudus p̄ oibus in cruce pependit. Hec ibi. Immo etiaz q8 plus est dicebat coram fratribus. Si haberem inquit omne aur: omne argentum: ⁊ oēs lapides p̄tiosos: oēsq; simul dignitates: atq; delectationes: oia hec quasi lutum ꝓtemnerez ꝓ dei amore: ⁊ pro spe futuroz̄ ⁊ eternoruz bonoz̄. Oppositus est de illis: q nec minic voluptati nec etiam inordinate affectioni diuitiaruz renunciant: qm̄ tales haud nullaz vel minimā fidem habere censent. Ex prefatis patet qualiter respectu despectionis fides est maior in vno q̄ in alio. ¶ Octauo etiaz dico q; fides intēsiue dicit esse maior in vno q̄ in alio tolleratione seu firmitate ⁊ constantia. Quando enim aliqs tollerat ardua ⁊ aduersa libēti animo ꝓpter deum: talis profecto dicit habere magnam fidem. Hanc fidem magnam habuerunt martyres ⁊ apli: ⁊ sustinentium in constantia ⁊ in firma patiētia suorum acerbissimoruz martyrioz̄. Oppositum vero sit de illis: q ꝓpter martyria seu penas fidez negauerūt. O quot de istis in christianitate repirentur: qui p̄positis sibi penis christi fidem penitus abiicerēt. Quando etiam aliqs in magnis aduersitatibus maxime sperat in deo ⁊ in eo confidit: talis profecto habz magnam fidem. Econtra vero quando quis in aduersitatib⁹ de dō diffidit: talis ꝓfecto aut paruaz: aut nullam dicit habere fidez. Habet parua fide in aduersis seu parua cōfidentia in deo christus redarguit ℙetrum Mat. 14. di. Modice fidei quare dubitasti? Que verba exponens Chrysostomus super Mat. ibi Videns ℙetrus ventū validum timuit. dicit talis est humana nā: vt multoties in magnis recte se bñs in minoribus reprehendat vt sibi dicat. Modice fidei quare dubitasti? Et sup id aliō verbuz ⁊ cū cepisset mergi ait Chrysos. ait: vt mōstraret dñs qm̄ non venti imissio: sz illius modica credulitas periculuz operabat: dixit modice fidei: in quo monstratur q; neq; ventus: neq; aliqd aliō nocē potuisset: si firma fides fuisset. Hec ille. Ex p̄missis etiā p; quālr respectu tolleratōis fides in

uenitur maior in vno q̄ i alio. ¶ Nono etiā dico q; fides intensiue maior est in vno q̄ in alio operatione. Quando aliquis magna ⁊ multa opera facit precipue cum improperia ⁊ vilitate: aut sustinet aut suscipit propter deum talis profecto magnam fidem habet: hanc fidem habuit cananea cui dicēs Mat. 15. ait. Mulier magna ē fides tua. vbi Jero. ait. Mira huius mulieris fides patientia ⁊ humilitas predicatur: fides quippe qua credidit sanari posse filiaz suam: patientia qua totiens contēpta in precibus perdurauit: humilitas qua se non canibus sed catellis comparauit: scio me inquit filiozum panem non mereri: nec integros posse capere cibos: nec sedere ad mensam cuz patre: sed contenta sū reliquiis catellorum: vt per humilitatem micarum ad panis integri veniam magnitudinem. hec ille. Oppositeuz vero est de illis qui minima operantur propter deum maxima vero propter mundum: quoniā tales aut parua aut nullam habent fidem. De talibus enim ait Gregorius .47. di. c. Oēs inquit huius seculi dilectores i terrius rebus fortes sūt in celestibus debiles. Nam ꝓ temporali gloria vsq; ad mortem desudare appetunt ⁊ ꝓ spe perpetua nec parum quid in labore subsistūt: pro terrenis lucris quaslibz iniurias tollerāt ⁊ ꝓ celesti mercede tenuissim verbi ferre cōtumelias recusant. Terreno iudici tota etiaz die assistere fortes sunt: in oratione vero coram domino vel vnius hore moūto lassantur. Sepe nuditatem dilectionem ⁊ famem pro acquirendis diuitijs atq; honoribus tollerāt eterna vero quercre tanto magis dissimulant quanto magis ea tribui tardius putant. Si itaq; quasi aliozum arborum more deorsum vasti sunt: sursum vero angusti: quia fortes ad inferiora subsistūt sed ad superiora deficiunt at contra ex qualitate palmarum designatur p̄ficiens vita iustorum: qui nequaq̄ in terrenis desideriis fortes sunt ⁊ in celestibus debiles: sed longius atq; distantius studiosos se deo exhibent: q̄ seculo fuisse meminerunt. hec ille. Ex prefactis patet qualiter respectu operationis fides inuenitur esse maior in vno q̄ in alio. ¶ Decimo etiam dico q; intensiue fides dicitur esse maior in vno q̄ in alio duratione: quando enim aliquis diuturno tempore perseuerat in fide seu in p̄dictis: talis profecto magnam dicitur habere fidem. Oppositum est de illis qui pauco tempore in iam predictis perseuerant: quoniam tales paruam aut nullam dicuntur habere fidez. Ex predictis igitur. io. apparet qualiter fides potest crescere seu crescit intensiue ⁊ q̄tum ad gradus: ⁊ per consequens etiam patet huius conclusionis. scilicet de magnitudine fidei sua diuersitas. ¶ Tertio etiam videnda est de fidei magnitudine sua necessitas. Nam fidem magnam quisq; habere tenetur. Et primo prelati ⁊ superiores. secundo etiam subditi ⁊ inferiores. ¶ ℙPrimo dico q; licet eadem sit fides in maioribus ⁊ minoribus: in prelatis ⁊ ſbditis: tamē superiores tenentur de credendis habere pleniorem notiam quod tripliciter probo. ℙPrimo auctoritatibus. ℙSecundo ratione. ℙTertio distin. ¶ ℙPrimo probo auctoritatibus. Nā Bre. super verba Job. primo boues arabant ⁊ asine pascebantur iuxta eos ait. per boues superiores in scientia ⁊ fide significantur: quibus asini idest minores in credendis debent adherere. Item Simacus papa. j. q. j. c. villissimus. ait. Villissimus cōputādus est nisi precedat scientia fide ⁊ sanctitate q honore prestantior est. Item extra de elect. c. cum in cunctis. Alexander tertius ait. Qui ad curam positus est alioz: debet ostendere qualiter alios in domo dei oporteat conuersari. Item extra de electio. c. nisi. Innocentius tertius ait Nihil est q; ecclesie dei magis officiat q̄ q; indigni ⁊ ignorantes assumuntur prelati ad regimen animarum. Item extra de re iudi. c. q̄nis. Grego. ait. Illō potest excusatio esse pastoris si lupus oues comedit: ⁊ pastor nescit. Item de cōsecra. di. 4. c. vos ante omnia Augu. ait. Vos ante omnia tā viros q̄ mulieres qui filios in baptismo suscepistis monco vt vos cognoscatis fideiussores apd deū extitisse p̄o illis quos visi estis de sacro fonte suscipe. Ideo eos semper amonete vt iusticiam diligant: charitatem teneant: ⁊ castitatem obseruent super omnia aūt symbolum ⁊ orationem dominicam ⁊ vos ipsi tenete ⁊ illis quos de sacro fonte suscepistis semp̄ ostēdite. Ex quibus auctoritatibus patet qualiter superiores tenentur habere noticiam maiorem de his que sunt fidei q̄ inferiores. Secūdo hoc probo ratione causalitatis. fundamē-

tum rationis ponit philosophus .2. methaphi. Quicquid est causa aliorū vt sint talia illō maxime debet eē tale.patet ꝫ regula. Mā q̄ ignis cāt calorez sine est cā caloris in alijs rebus:ideo ipse debz esse imo est magis calid⁹ q̄z omnes alie res. Quo presupposito certuz est q̄ cum explicando credendoꝝ seu eorum que sunt fidei:fiat per superiores ad inferiores:concluditur necessario q̄ ipsi tenent plenius cognoscere ea que sunt fidei:ꝛ per consequens habere maiorem fidez q̄z omnes inferiores. Quod si aliter fit seu fiat:maria arrogātia est ꝛ peruersitas. ¶Proinde .48.di.in principio dicitur. In arrogātia que est ruina dyaboli incidunt qui in puncto hore nec duz discipuli fuit ignorātes magistri. Et sic Inno. ait. Miseruz ē fieri magistrum qui nec dū didicit esse discipulus. Et.59.di.c. ordinatos Celestinus papa ait. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor eē desiderat vt possit docere quod didicit. Omnis vite institutio ad id quod tendit se rationē confirmat. Itē .16.di.c. In sacerdotib⁹. dicitur. Discere ꝛ scire prius quis debet anteq̄z doceat:ꝛ exemplū fidei atq̄z religiose conuersationis debet potius prestare q̄z sumere. ¶Tertio hoc idem ꝑ bo distinctione. Nam Tho.2.2.q.2.ar.6.querit an equaliter omnes teneantur habere fidem explicitam. Et Respondit di. Quod explicatio credendorum fit per reuelationez diuinam. Credibilia enim naturalem rationez excedunt. reuelatio aūt diuina ordine quodaz ad inferiores peruenit per superiores:sicut ad homines per angelos ꝛ ad inferiores angelos per superiores:vt patet per Dionisi.4.c. cel.ierar. Et ideo pari ratione explicatio fidei oportet q̄ perueniat ad inferores homines per maiores. Et ideo sicut superiores angeli qui inferiores illuminant habent pleniorem notitiam de rebus diuinis q̄z inferiores vt dicit Dioni.12.c.cel.ierar. ita etiam superiores homines qui alijs presunt aliosq̄z habēt erudire:tenentur habere pleniorem notitiam ꝛ fidem de credendis ꝛ magis explicite credere. ℞ Tho. Dic hac exprobrationē ꝺ̄ra prelatos sacerdotes patres doctores ꝛ huiusmodi:qui cum teneantur plus scire q̄z inferiores ꝛ etiam illos de his que sunt fidei instruere: minus tñ sciunt q̄z inferiores:ꝛ q̄ magis est nihil sciūt eorum que scire teneantur:seu eorum que ad proprium spectant officium. Dic etiam si vis de maxima confessorum negligentia. tales igitur omnes superiores seu maiores ad quos pertinet alios erudire:tenentur etiaz de his que sunt fidei suo loco ꝛ tempore reddere rationem. Vnde .j.pe.3. dicitur ¶Parati semper ad satisfactionē omni poscēti rationem de ea que in nobis est fide ꝛ spe. vbi nota verba ꝛ signa misteria. ¶Primo enim dicit parati semper ad ostendeudum:q̄ semper in primitiua ecclesia omnes generaliter tenebantur reddere rationē de fide sua ꝛ spe. quia omnes gratiam spiritus sancti percepe-rant:vel quia adulti accedebant ad baptismū qui prius erant instructi vt de fide respōdere scirēt:modo aūt soli maiores tenētur qui ossiciuz acceperunt alios instruendi. Scōo dicit reddere rationem. Nam rationes sunt necessarie ad defensionem ꝛ instructionem non ad probationez. Vnde rationes fidei nō sūt probationes sed quedam persuasiones ad remouenda impedimenta fidei:ostendendo nō esse impossibile quod in fide proponitur. Vnde prelati tenentur reddere rationē per quasdam similitudines ꝛ persuasiones ꝛ manifestationes effectuum ꝛ precipue per miracula Tertio dicit omni poscenti. Et hoc posset quis arguere ergo etiā omni infideli.ad hoc Respondeo.q̄ si infidelis querit rationem eorum que sunt fidei ad deridendum:tunc ei non est reddenda ratio:quia Mat.7.dicitur. Nolite sanctum dare canibus ꝛc. Si vero querit vt instruatur:tunc iaz non est canis. vnde est dicendum ei quicquid est credenduz ꝛ quicquid faciendum.vnde glo.ibidez ait.Qui ecclesiastico misterio pest doceat humiliter potentes ꝛ obstruat superbe resultātes. ¶Patet ergo ex predictis qualiter maiores de necessitate tenentur habere pleniorem ꝛ maiorez fidem q̄z inferiores. ¶Secundo etiam dico q̄ subditi ꝛ inferiores generaliter tenentur crescere in fide seu magnam habere fidez quod dupliciter probo. ¶Primo auctoritate. Secundo ratione. ¶ ¶Primo probo auctoritate Bernar.in suis sententijs di. Quilibet verus fidelis tenetur habere de deo magnam fidem ꝛ de domino Jesu christo. nec debet habere paruam:quia apud deum ꝛ christum

quod parum est nihil reputatur. ¶Secundo hoc etiam probo ratione causalitatis. fundamentuz rationis ponit auctor in libro de causis di. Talis est effectus qualis est ꝛ causa. patet hec regula. Nam si arbor est magna producit ꝛ magnos fructus:si vero est parua paruos fructus generat. Quo presupposito:certū ē q̄ cū meritū procedat ex charitate charitas autem procedat ex fide.sequitur q̄ si magna est fides magna est charitas:ꝛ per cōsequens magnum est meritum. Si autē parua est fides parua est ꝛ charitas:ꝛ per consequens paruuz est meritum ꝛ gloria: vt igitur quisq̄z magnum habeat meritu:tenetur magnam etiam habere fidem. vnde Augusti. super Jo.ait.Quantuz vas fidei attulerit quis ad fontem gratie: tantum implet de gratia. Et Bernar.super cant.ait. ¶Parua si quidē fides parua:magna vero magna meret. ¶Patet igitur ex prefactis qualiter ad perfectionē fidei requiritur q̄ fides sit magna intensiue quātum ad gradus ꝛ non parua:ꝛ per consequens etiam patet.4. circunstantia ad integritatem fidei necessaria:que dicitur circunstantia intensionis.quam circunstantiam nobis concedat iesus christus dominus noster qui viuit ꝛ regnat in secula seculorum amen.

¶Dominica de passione. Iteruz de integritate ipsius sacratissime fidei.

Quis ex vobis

Quis ex vobis arguet me de peccato:si veritatē dico vobis quare nō creditis mihi:scribuntur hec verba Jo. 8.c.ꝛ in euangelio occurrentis dominice. ¶Post sacri euangelij literalem ꝛ moralem expositionem dilectissimi ciues: ex quo vt claruit in precedenti sermone vidistis declarationem quarte circunstantie ad integritatem vere fidei necessarie:que dicitur intensionis seu magnificationis:habeo in presenti sermone similiter declarare quintam ipsius vere fidei circunstantiam ad eiusdem fidei integritatem summe necessariaz:que dicit circunstantia formationis.cuius gdē circūstātie declaratio talis erit. ¶ De quinta circunstantia ad integritatem vere fidei necessaria que dicitur circunstantia formationis.

Quinta insuper circunstantia ad integritatem vere fidei necessaria dicitur circunstantia formationis. Non enim sufficit ad salutem q̄ quis habeat simpliciter fidem cordis: fidem oris: fidem operis: ꝛ insuper magnum fidei habitum: sed etiam oportet omnino q̄ habeat formationē idest veram formā ipsius fidei:que forma nihil aliud est q̄z ipsius fidei quedam perfectio Forma autem ipsius fidei ſm Ricardum m.3.di.23.ar.5.q.1.ꝛ ſm Bonauen.ibidem.ꝛ ſm.tho.ca.di.ar.primo.q.2.ꝛ etiam .2.2.q.4. ar.3.est ipsa charitas vt puta quando quis etiam cum fide diligit deum super omnia bona creata ꝛ omnes proximos tam amicos q̄z inimicos in deum ꝛ propter deum. pro cuius circunstantie scilicet formationis. clariore declaratione tria de ipsa forma fidei videnda sūt. ſPrimo sua Modalitas. ſSecundo sua Realitas. ſTertio sua necessitas. ¶ ¶Primo dico q̄ de forma ipsius fidei que est charitas videnda est sua modalitas .i. habemus videre quomodo:qua via:siue quo respectu charitatis ipsa sit natura forma fidei pro quo notandum est q̄ septuplex est forma videlicet. ſPrima substantialis. ſSecunda artificialis. ſTertia exemplaris. ſQuarta potentialis. ſQuinta diuinalis. ſSexta dicitur finalis. ¶ ¶Primo que dicitur forma videlicet substantialis.est illa de qua philo.2.de anima dicit. Forma est quedā substātia dās esse rei. Et septimo methā.dicit. Forma ē causa essendi rebus.vnde forma dat esse rei. Et cōmentator sup octauo methaſi.dicit. Forma est causa in rebus.ꝛ distiguit esse a re. Exēpli gratia. Anima ſm philosophum secūdo de anima.est substantia ideſt forma substantialis ipsius corporis organici phisici potentia vitam habentis. Vnde anima est principium quo primo vniuersaliter viuimus:sentimus:ꝛ intelligimus:ꝛ ſm locum mouemur. Isto igitur modo charitas nequaq̄z est forma substantialis ipsius fidei. immo fides ipsa habet substantiam per se differentem a substantia seu a forma charitatis: cum forma fidei ꝛ charitatis realiter inter se differūt ꝛ specie distinguantur;sicut differt forma bu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tl a forma ipsius hominis. Immo hoc modo omnino est impossibile q̄ forma charitatis sit forma fidei:cū sm phm prio posterioū. Et.4.me.affirmatio ⁊ negatio nūq̄ sūt vera de eodem:⁊ vna specics non possit esse altera.loquor per naturam .et non per participationem ¶Secunda dicitur forma artifici alis.de qua cōmentator super.2.phisico. Et super.2.de anima ait.Forme artificiales sunt accidentia fundata in substantijs naturalib⁹ sicut forma artificialis cultelli fundata est in forma naturali ipsius ferri:⁊ forma artificialis vestis fundata est in substantiali forma ipsius lane.Idez ēt cōmentator sup.2.de anima ait.Forme substantiales ⁊ accidentales seu artificiales equiuoce dicuntur esse in subiecto:q̄ subiectum forme substantialis ē ens in potentia non in actu nisi per formam.sed substātia accidentis est aliquid existens in actu.scilicet compositū ex materia ⁊ forma.vnd̄ habemus q̄ hoc aduenies ents in actu est accidēs.hec ille.Isto etiam modo charitas nequaquam est forma ipsius fidei:cum talis forma simpliciter fiat ab humanis artificib⁹ quod nequaq̄ contingi potest in forma ipsi⁹ charitatis.¶Tertia dicitur forma exemplaris:de qua commentator super.xi.metha.dicit.Forma exemplaris est ratio quedam ex qua forme artificiales producuntur in esse.sicut exempli gratia.Adēs ipsius pictoris in q̄ est ratio quedam ⁊ spiritualis forma qua mediāte fit forma artificialis ipsi⁹ bymaginis ab extra:dicitur esse forma exemplaris ipsi⁹ bymaginis seu figure artificial:⁊ isto modo deus est forma exemplaris omnium rerū naturalium ab ipso creatarum. dicente Boetio de hebdo.li.3.Tu cūcta superno:ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse.Adūdū mēte gerens similiq̄ bymagine formās.hoc etiam modo forma artificialis ipsius sigilli et huiusmodi. ¶Potest etiā dici forma exemplaris ipsius cere:in qua dimittit similitudinem sue forme.Isto etiam modo charitas nequaquam est forma ipsius fidei:cum nulla sit similitudo inter formam charitatis ⁊ formam ipsius fidei .¶Quarta dicitur forma potencialis ⁊ hoc est quando aliquod agens p̄ suā virtutē declarat virtutem ⁊ perfectionem alicuius forme tam naturalis q̄ accidentalis. Et de hoc exemplificat' phs.3.de anima.de intellectu agente ⁊ possibili.di.Intellectus ip̄ anima ē duppler.scilicet possibilis ⁊ omnia fieri ⁊ agens ⁊ omnia facere sicut ⁊ perfectio Vnde sicut lumen facit colores potentia visibiles:actu visibiles:sic intellectus agens po tentia intelligibilia:facit actu intelligibilia ibi.hoc modo lux solis dicitur esse forma quedam.i.perfectio colorum materialium:qui in nocte sint inuisibiles ⁊ non distinguūtur respectu obscuritatis in die tamen in virtute lucis solaris ⁊ apparent ⁊ distinguūtur. Isto etiam modo charitas non potest esse forma fidei:cum habitus ipsius fidei realiter appareat ⁊ cognoscatur sine virtute ⁊ forma ipsius charitatis.¶Quinta dicitur forma diuinalis .i. dei que forma infra se est perfectissima cum non subiciatur alicui accidenti seu potentie:eo q̄ ipsa sm philosophum.2.et 12.met.sit simpliciter actus purissimus.Et de hac ait commentator super.3.de anima.Illa inquit forma est liberata a potentia simpliciter nisi prima forma que extra se nihil intelligit.Hoc modo deus ipse qui vt habetur .i. Io .4. est quedam charitas essentialis.non potest esse forma ipsius fidei:cum habitus fidei sit in potentia ad actum:⁊ sit quid creatum:deus aūt ipse est quid increatum ⁊ infinitum per est remotissimus ab omni potentia ad actum.¶Sexta ⁊ vltima dicitur forma finalis ⁊ hec est quando aliqua forma agens condicitaliam formam substantialem seu artificialem ad suum propium finem:in quo fine talis forma recipit suam perfectionem.sicut cū pli gratia.Faber dicitur forma agens ipsius mallei:cum operatur mallcum ad id propter quod factus est.Et medicus dicitur esse quedam forma.i.perfectio ipsius medicine:cum facit quod ipsa medicina operatur ad sanitatem infirmi.Isto igitur vltimo modo charitas sanctissima simpliciter ⁊ realiter dicitur esse forma ⁊ perfectio ipsius fidei:eo q̄ ipsa informat ⁊ perficit fidem:immo perducit actus ipsius fidei ad suum finem: quod vtiq̄ est meritum eterne vite. Vnde charitas ipsa facit q̄ ipse intellectus in futura vita videt essentialiter ⁊ fruitur illud quod per habitum fidei in presenti vita indubitanter credit. Patet igitur ex premissis quo respectu ⁊ modo charitas dicatur esse forma ipsius fidei:⁊ per consequens patet etiam huius circunstantie

videlicet formationis sua modalitas.¶Secūdo pncipaliter dico q̄ de forma ipsi⁹ fidei videnda est sua realitas idest habemus videre quomodo realiter charitas ipsa est vera forma ipsius fidei dei et non aliqua aliarum virtutum.Quod autem charitas sit realiter forma ipsius fidei tripliciter probo .¶Primo auctoritate. Secundo ratione. Tertio distinct'. ¶Primo probo auctoritate. Nam glo.super verba pme cozin.13.Si habuero omnem fidem tē.ait.Sicut anima est forma ⁊ perfectio ipsius corporis : sic charitas est forma ⁊ perfectio ipsius fidei:⁊ sicut corpus nullius est virtutis in suis sensibus sine forma anime:sic fides nullius est dignitatis sine presentia ipsius charitatis.hec glo.¶Secundo etiam probo ratione operationis.q̄ realiter charitas est forma fidei. Fundamentū rationis ponit cōmentator super.7.metha. di.Omnis operatio est per prius a forma q̄ a materia.Quo presuppositō certum est q̄ fides operatur in virtute charitatis.dicēte apostolo ad gala.5.Fides est que per dilectionez operatur.ergo concluditur q̄ charitas realiter est forma fidei.¶Tertio hoc idem probo distinctione.Nam Tho.2.2.questione .4.ar. 3.querit an charitas sit forma fidei.⁊ Respondit sicut inquit ex superioribus patet certum est q̄ actus volūtarij spēm recipiunt a fine qui obiectum est voluntatis. Illud autem a quo aliud spēm sortiter habet ad modum forme in rebus naturalibus:⁊ idco cuiuslibet actus voluntarij forma:quodammodo est finis ad quē ordinatur:tuz quia ex ipso recipit spēm:tum quia etiaz modus actionis oportz q̄ respondeat proportōnaliter fini.manifestū est autem q̄ actus fidei ordinatur ad obiectū voluntatis q̄ est bonum sicut ad finem.hoc autem bonum q̄ est finis fidei.scilicet bonuz diuinum est propium obiectum charitatis. Et ideo charitas dicitur forma fidei inquantum per charitatem actus fidei perficitur et formatur . hec Tho. Bonauentura isuper i 3.di.36.articu.j.questione.6.querit vtruz charitas sit forma omnium virtutum Et Respondit di.q̄ habitus virtutis habet tripliciter considerari.scilicet ad obiectum ad:subiectum:⁊ ad vltimum finem.Si loquamur de virtutibus in comparatione ad obiectum sic omnes virtutes sunt forme per seipsas distincte:et earum distinctio innotescit per actum ⁊ obiectum:⁊ sic non sunt formales nec perfectibiles ab aliquo immo ipse per se sunt forme ⁊ perfectiones distincte.Si autē loquamur de virtutibus in comparatione ad subiectum sic sunt forme informantes subiectum in quo sunt quantum ad bonitatem moralem:per seipsas tamen non sufficiunt ad bonitatem gratuitam: per quam anima efficitur deo placita.Et ideo perfici possunt ⁊ formari per gratiam que simul gratificat animam ⁊ habitus existentes in anima. ¶Postremo si loquamur de habitibus virtutum in comparatione ad finem vltimum: sic forme sunt formales.forme quidem sunt quia dispositiones sunt ipsius anime: ordinantes animam ad perueniendum in finem:formabiles sunt tamen quia ⁊ si omnes disponant ad tendendū in vltimum finem:perfectio tamen tendentie venit simpliciter ex ipsa charitate Sicut enim corpora grauia inclinant per pondus ad centrum.sic spiritus tendunt ad summum bonum per pondus dilectionis:⁊ huiusmodi signum est q̄ charitas habet idem pro obiecto ⁊ fine ⁊ sub eadem ratione. Et ideo cetere omnes virtutes simul cum ipsa fide quantum ad complementum et perfectionem sue virtutis indigent charitate tanquam forma : sine qua nunquam possunt esse perfecte . hec Bonauentura. ¶Patet igitur ex predictis qualiter charitas realiter est forma fidei:⁊ per consequens etiam patet huius circunstantie videlicet formatiōis sua realitas.¶Tertio pncipaliter dico q̄ de forma ipsius fidei que est charitas videndū est sua necessitas.vnde tenendū est firmiter q̄ charitas tanquam forma est necessaria non tantum ad informandum ipsam fidem:sed etiam ad salutem cuiuscunq̄ rationalis creature . que necessitas probatur 5 . modis. ¶Primo auctoritatibus . ¶Secundo rationibus . ¶Tertio distinctionibus . ¶Quarto similitudinibus . ¶Quinto exemplis . ¶Primo probo auctoritatibus q̄ fides sine charitate seu sine forma charitatis quamuis sit maxima non sufficit ad salutem. Nam ¶Paulus ad galatas.5.ait In christo Jesu neq̄ circuncisio aliquid va

let neqꝫ preputium sed fides que per dilecti onem operatur.vbi etiam glo.ait. Sicut lam pas sine oleo minime lucet:sic fides sine cha ritate nihil proficit ad saluandū. Itē glo. sup illud Ro.i. Justitia dei reuelatur de fide in fidez ait. Ideo sola fides dicitur informis et idigna ad salutem:eo q̄ sociaz nō habet cha ritatem. Augustinus etiam super canonicam Jaco.ait. Sicut corpus sine anima mortu um est:ita fides sine charitate]que est vita ip sius mortua profecto reputatur. Idem quo qꝫ Augustinus lib. de fide ad.pe. ait. Opus fidei ꝛ perfectio est ipsa dilectio: sine autem dilectione fides inanis est: cum dilectione vero fides est christiani:sine dilectione au tem fides est demonis:nam demones ꝛ cre dunt ꝛ contremiscunt. ¶Paulus insuper i. cor.13.ait. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam charitatem autem non habeam nihil mihi prodest.vbi quidam expo nitor ait. Si habuero omnem .idest perfec tam fidem que est de rebus necessarijs ad salutem.vel omnem.idest fidem de omnibus preteritis presentibus ꝛ futuris:ita vt mon tes transferam . idest transferri a deo inpe trem:sicut fecit Alexander cum fide informi charitatem autem non habeam nihil mihi prodest.scilicet ad vitam eternam acquiren dam. Ita extra de renuncia.capi. Nisi cum pridem.§.quippe.dicitur. Quippe si quantun cunqꝫ virtutum flore refulgeas : charitatem autē in te non habes : nihil habē cōprobaris.

¶Secundo hoc idem ꝓbo quinqꝫ rōnibus

¶Primo ratione Obiectionis.

¶Secundo ratione Operationis.

¶Tertio ratione Correspōsionis.

¶Quarto ratione Acceptationis.

¶Quinto ratione Perfectionis.

¶Primo probo ratione obiectionis q̄ cha ritas est necessaria ipsi fidei. Fundamentum rationis ponit philosophus.2.de anima dicēs Quelibet potentia naturaliter appetit su um obiectum.patet hec regula multiplicater. Nam quia potentia nutritiua ordinata est ad cibum.hinc est q̄ desiderat illum . similiter quia potentia generatiua ordinata est ad actum generari vt species conseruetur.hinc est ꝑm Aristote.secundo de anima. q̄ illum naturaliter desiderat omnis creatura animata. Item quia potentia visiua ꝛ auditiua ordinata sunt ad videndum ꝛ audiendum hinc est q̄ desiderat ꝛ videre ꝛ audire. Si militer quia potentia intellectiua ordinata est ad intelligere:hinc est q̄ naturaliter desi derat scire.dicente philosopho.i. methaphisi ce. Omnes homines natura scire desidera rant. Item quia materia ordinata est ad for mam:hinc est q̄ naturaliter eam desiderat. vnde philosophus.i. phisicorum dicit. Forma est quid diuinum ꝛ optimum appetibile a materia.vnde materia appetit formam si cut femina virum:ꝛ turpe bonuz. Ratio om nium predictorum est:quia quelibet potentia per suum actum perficitur:sicut oculus in vi dendo:intellectus in intelligendo ꝛ huiusmo di.hoc ergo presuppositō.videlicet q̄ omnis potentia ꝛ omnis materia appetunt suum obiectum ꝛ formam:certum est q̄ charitas vt in precedenti conclusione monstratum est forma est ipsius fidei seu perfectio . Quod si sic est.concluditur q̄ sicut materia sine sua forma est omnino imperfecta:sic habitus fi dei sine charitate q̄ est sua forma erit omni no inutilis ꝛ imperfectus.vt igitur sit perfectus fidei habitus.oportet necessario q̄ habe at suū obiectum quod simplicii est forma ip sius charitatis. ¶Secundo hoc idem probo ratione operationis. Fundamentum ratio nis ponit philosophus.2.phisicorum.dicēs. Materia simplicii cum forma:est causa om nium rerum que fiunt vt in re. i. substantia composita est causa omnium actuum atq̄ operationum. Et cōmentator supra septimo methaphisice dicit. Forma est prior in esse et operatione q̄z materia ꝛ q̄z compositum : q̄ nec materia nec compositum est aliquid in actu ꝛ operatione. Et primo phisicorum di citur . Materia ꝑm se est tantum in poten tia forma vero cū materia in actu. Et secūdo phisicorum dicit. Forma enim ꝛ materia sūt ꝑm esse sed non ꝑz rationem ꝛ operationem. Et secundo de anima dicitur Materia est potentia:forma vero actus a qua ꝛ operatio ¶patet ergo regula omnium predictorum. Nam materia ferri per se nihil incidit sed iuncta cum forma cultelli facit incisionem. Similiter corporis materia quamuis organizata per se nihil operatur:iuncta vero cum forma substantiali ipsi⁹ anime facit operatio nem. Hoc presuppositō: certum est q̄ fides

ve patet in sua diffinitione est sicut quedam materia:charitas vero est sua forma . Sicut igitur materia non erit in actus ꝛ operatio nes per se nisi sit coniuncta cum forma : sic nec habitus fidei eribit in operationes nisi sit iunctus cū sua forma .i.charitate. Quod si opponeres q̄ ēt fides facit multa bōa opa ri sine ipa charitate . Rñdeo q̄ talia opa nō ꝓducūt ꝑz ꝓueniētia sui finis cū nō fiant ꝑz voluntatem ipsius dei habitum fidei ifundē tis.vnde Alexan.de alex.in.3.parte sūme.i tra ctatu de fide vbi agit de effectu fidei in for mis . querit an aliquis cum habitu fidei in formis possit recte operari:et Respondit in cor.q. dicēs. Nullus recte operatur aut ser uit deo propīe loquendo nisi qui facit quod deus precipit ꝛ sicut precipit. vnde qui facit aliquid de genere bonorum sine forma cha ritatis non seruit proprie deo: licet enim fa ciat id quod deus precipit non tamen facit sicut deus precepit:quoniam non facit illud ex charitate que est inpletio legis.nam pleni tudo legis sicut ait apostolus ad. Roma.13. est dilectio. Et .1. tbi. primo dicitur . Finis precepti est charitas. Ex quo patet q̄ quam uis habitus fidei perducat operationes sine forma charitatis tamen non producit eas per fectas sic sibi ꝓueniens est. Et confirmatur ista ratio. Nam idem philosophus.lib.de re gi.princi.dicit. Amor boni sequitur cognitionem.opus vero sequitur amorē. Ex quo eti am patet q̄ forma charitatis non tantum est necessaria ad fidem ad hoc vt faciat eam exi re in debitas operationes:sed etiam est ne cessaria vt per eam habitus fidei creat ad multiplicationē ipsorū actuū atq̄ operatiōz Nam amor ꝛ charitas inquit idem Alexā. generant actus ꝛ operationes dicente Gre go in omelia pente. Amor dei nunquam est ociosus:operatur enim magna si est:si autem operari renuit amor non est . ¶Tertio hoc Idem probo ratione correspōsionis. Fundamentum rationis ponit Augusti . lib.de moribus ecclesie.dicēs. ¶Premiuz correspon det merito . Quo presuppositō certum est q̄ meritum pendet a charitate.dicente Augu sti.lib.de laude charitatis . Non immensi tas operum:non diuturnitas temporum: sed maior charitas maiorqꝫ voluntas auget me ritum . Et Bernar.lib.de diligendo deū ait. ꝑm mensuram amoris datur mensura eter ne retributionis . Bonauentura insuper in secundo.distin.29.argu.3.q.2. dicit q̄ meri tum procedit ex tribus. videlicet ex difficul tate operis:et promptitudine voluntatis: et magnitudine charitatis:quamuis duo prece dentia procedant a tertio. Quod confirmās tho.2.2.q.2.argu.9.vbi querit an credere sit meritorium:dicit in corpor.q.q̄ actus nostri sunt meritorij inquantum procedunt a libe ro arbitrio moto a deo per gratiam. vnde omnis actus humanus qui subijcitur libe ro arbi. si sit realiter in deum.potest meritō rius esse: ipsum autem credere est actus in tellectus assentientis diuine veritati ex im perio voluntatis a deo mote per gratiam et charitatem:ꝛ sic subiacet hoc articulo in or dine charitatis ad deum. vnde ex hoc actus fidei charitate informatus potest esse meri torius.hec ibi. In solutōne ēt primi argumēti eiusdem.q.dicit q̄ natura cōparatur ad cha ritatem que est principiuz merendi sicut mā ad formaz. Fides aūt cōpat ad charitatē sic dispositio precedens vltimaz formā. Manifestum est autem q̄ subiectum materie non potest agere in virtute forme nisi sit dispositio precedens antequam forma aduenīat : ꝛ postquam forma aduenerit tam subiectum quam dispositio precedens agit in virtute for me que est principale agendi principium si cut calor ignis agit per prius in virtute for me substantialis ꝛ non materie ligni. Sic igi tur nec natura nec fides sine charitate pos sunt producere actum meritorium.sed chari tate supereuenente actus fidei fit meritorius per charitatem.sicut ꝛ actus nature.hec ibi . ¶Quibus premissis. videlicet q̄ premium correspondet muto ꝛ nutum vt patet dependet a charitate.concluditur omnino q̄ fides non sufficit ad merendum eternum premi um atq̄ diuinam gratiam sine ipsa charitate. ¶Quarto hoc Idem probo ratione ac ceptationis. Fundamentū rationis ponit phi losophus.4.ethicorum.dicēs. Nullum ob sequium proprie dicitur bonum nisi sit libe rale. Quo presuppositō. Bonauentura a si mili in.3.distin.37. arti.3.q.1.di it ad litterā Nullum inquit obsequium est meritorium apud deuz nisi qō fit liberaliter . Sed certuz est q̄ nihil fit liberaliter nisi quod fit ex amo

re quoniã amor est primum bonum in quo omnia dona donãtur. Si igit efficatia merendi seu diuine acceptatiõis consistit principaliter in charitate t non in fide.concluditur necessario q̃ fides sine charitate nunq̃ est deo grata t accepta. ¶ Quito hoc idẽ probo ratione perfectionis.fundamentuz ponit philosophus.5.meta.di. ¶Perfectuz est quod simpliciter proprium finem attingit.patet hec regula. Nam cursus ad brauium tunc perfectus dicitur quãdo brauiuz attigerit.hoc presupposito certũ est q̃ actus humani simul cũ anima rõnali tunc sunt perfecti:cum propriũ finem attingunt.i.cum diriguntur ad deum: sed manifestum est q̃ solus amor seu charitas elleuant tam actus q̃z animam in deum dicente Augusti.in libro confes.Amor meus põdus meum:eo feror quocunq̃ feror. Et.ii. de ci.dei.c.28.dicit. Sicut corpus pondere:sic animus amore fertur quocũq̃ fertur.quod ergo est pondus in corporibus hoc est amor in rationabilibus creaturis.h ille.Ex quibus concluditur q̃ fides sine charitate nec animã nec suas operationes potest dirigere seu eleuare in finem suum qui est deus.Quod optime confirmans dominus Bonauentura in 3.di.27.ar.j.q.3.dicit.q̃ ad perfectionẽ actus tria requiruntur. scz esse:bene esse:t dirigi in finem. ¶ ¶Primo in se actus est pertectus:q̃ habet suam formam distinctam ab alijs.

¶ Scõo quantum ad bene esse talis actus non est perfectus:quia vt sit actus perfectus oportet q̃ sit gratus deo. Sed actus gratus nõ potest esse sine gratia dei que habẽt actũ gratificare:sed non habens charitatem non habet gratiam:q̃ gratia t charitas fm essentiam idem sunt prout aliqui dicũt licet differant relatione sicut lumen t radius:ergo cõcluditur q̃ fides sine ipsa charitate nihil proficit ad finem vite eterne. ¶ Tertio nõ est perfectus actus sine charitate quantum ad dirigi in finem.vt enim aliquis actus sit perfectus oportet vt dirigatur seu tendat in proprium finem duplex est aũt finis fm Tho. 2.scõe.q.23.artic.7.scilicet particularis vt puta quando quis facit aliquid per se in vtilitatem suaz: t tunc actus non est perfectus. Secundus autem finis est vnuersalis t hic est deus:t si dirigitur actus in hunc finem tunc est bonus t perfectus:sed in hunc finem nullus actus potest dirigi sine charitate propter quod concluditur q̃ habitus charitatis simul cum habitu fidei est vniuersaliter necessarius atq̃ necessarius ad salutem. ¶ Tertio hoc idem probo distinctionibus q̃ fides sine charitate non proficit ad salutez.prima distinctio est Augu.qui super verba ad Ro.4. scilicet credenti in eum qui iustificat impium dicit q̃ differentia est inter hos actus.scilicz credere deo:credere deuz:t credere in deum propter quod ¶Paulus dicit.credenti in eum t nõ ei:quia aliud est credere ei:aliud est credere eum:t aliud est credere in eum. ¶Primus t scõus actus possunt esse fidei mortue t viue:t non sufficiunt ad salutem:sed solus tertius actus ẽ fidei formate charitate:t hic est salutem cuius originis rationem ponit Alex. de ales in tertia parte sume in tractatu.de fide. di. q̃ tribus modis dicitur fides. ¶Primo modo fides habit9 dicitur acquisitus ex ratiõe vl testimonio. Scõo modo dicitur habitus infusus gratuitus:t hoc duob9 modis primo modo dicitur habitus eleuans intellectuz tm̃ supra se ad assentiendum prime veritati propter se t hoc modo quia solum eleuat intentum t non mouet affectuz per amorez habitus informis denominat. Alio modo dicitur eleuans intellectũ ad effectuz t assentiendum sume veritati t ad amanduz propter se t hec est fides formata t viua. Ad propositum ergo cum fides dicat tribus predictis modis scz credere deo:credere deũ:t credere i deum Ex fide primo modo sumpta que est habitus acquisitus elici potest motus qui est credere deo:hoc est dictis eius adhibere fidem. Ex fide vero secũdo modo dicta que est habitus imperfectus seu informis:non solum elicitur credere deo sed etiã credere deum prout credendum est trinus t vnus creator t redemptor:quod non potest elici ab habitu acquisito:hanc autẽ fidem etiam mali habent infusam per t ipsi demones infernales: vt ponitur in 3.sen.di.23.hinc Jac.2.c.ait.Demones credunt t contremiscunt. Ex fide vero tio modo dicta que habitus est perfectus atq̃ formatus non tantum elicitur credere deo vel credere deum sed etiam credere in deum. Et autẽ Aug.sic exp̃it.Credere in deum hoc ẽ

credendo deum amare:credendo in euz ire: credendo ei adherere:t credendo eius membris incorporari. Si autẽ queratur ratio huius incorporari. Si autẽ queratur ratio huiusmodi:scilicet credere deo:credere deum:t credere in deum: dicendum fm Aleran.vbi supra:q̃ iam patet differẽtia ex pte eius quo creditur. Sz ex parte eius quod creditur hoc est rei credite accipitur differentia hoc mõ. Nam deus credulitatez fidei accipit tribus modis. ¶Primo vt veritas. ¶Scõo vt potestas. ¶Tertio vt bonitas. Scõm primuz modum est credere deo scilicet per comparationem ad veritatem: hoc est vera esse que dic. ¶Scõo modo est credere deum per comparationem ad potestatem videlicet omnipotẽtem:t creatorem:t huiusmodi articulos cõsequentes: ¶Tertio modo est credere in deũ per cõparationem ad bonitatem : in quã sci licet tenditur per amorem:t hec est fides formata. Que vtiq̃ necessario requirit ad salutem. Nec Aleran. Aliam etiam breuem distinctionem ponit idem Aleran.vbi supra in q.quid sit credere prout est actus formalis fidei di.Actus vere fidei regrit quattuor potissimas conditiones. ¶Prima cõditio est credendo deum amare. ¶Scõa credendo in cũ ire per effectum t opationez ¶Tertia est credendo ei adherere. Quarta est credendo mẽbris eius incorporari. Rationem aũt quattuor predictorum ponit Tho.in.3.distin.23.art. 3.q.2.di. Quattuor predicta pertinent ad fidẽ fm ordinem ad voluntatem:voluntas autez est finis. Ad consecutionem autem vltimi finis quattuor exiguntur:affectio:inclinatio: participatio:adeptio. ¶Primo enim exigitur affectio vel dilectio finis. Nisi enim quis diligeret deum: nunq̃ consequetur eum:t propter hoc post actus perfecte fidei est credẽdo amare. ¶Secundo requiritur inclinatio vel motio. Nisi enim quis diligeret deũ:nunq̃ moueretur vel iret ad eum. Nam ex amore finis aliquis mouetur ad finem. Et ideo secundus actus formate fidei est credendo in eum ire. ¶Tertio requiritur adeptio vel cõiunctio. Nisi enim quis inclinaretur vel moueretur ad deum : nunq̃ deo ꝺiungeret. Et ideo aliquis ad hoc mouetur in finem: vt cõiungatur fini. Et ideo tertius actus fidei formate est credẽdo deo adherẽ. ¶Quarto requiritur participatio vel cõmunio. Nam ex coniunctione t adeptione dei vel finis : aliquis in participationem vel cõmunionem adeptionis t perfectionis finis perducitur. Et ideo quartus actus vel effectus formate fidei est credendo membris eius incorporari. Nam vt dicit apostolus ad gala.5.fides est operãs scilicet supradicta per dilectionez. Vnde ad hoc q̃ aliquis sit beat9:oportet q̃ habeat in se quattuor:que fidei formate conueniunt.

¶Primum est q̃ credendo in deum:eum diligat. ¶Scõm est q̃ credendo in deuz:ad cũ tendat. ¶Tertiuz est q̃ deo adhereat. ¶Quartum est q̃ credendo in deum:in deo t in suis membris requiescat. Hec Tho.sententialiter. Alia insup breuis t vtilis distinctio ponitur a Bonauentura in suo cõtiloquio: qui ait. Fides vt sit integra t pfecte tẽdat in deũ quattuor requirit ¶Primo adiunctionez caritatis:que ordinat ad amorem dei. ¶Secundo operationem boni ¶Tertio perpessionez mali. ¶Quarto dilectionem proximi. Nec ille. Alia deniq̃ distinctio ponitur a diuersis doctoribus:que talis est. Tria nanq̃ distinguuntur in fide:scilicet sentire:assentire:t cõsentire veritati prime que deus est. Maz sentire potest accipere de veritate qm̃ est:qõ facit demon. Assentire vero est accipe de veritate qm̃ est t ad ipsam remote vel distanter inclinari:quod põt facere fidelis peccator.

Consentire vero accipit de veritate qm̃ est: t etiam ꝺiungitur ipsi veritati ex amore:qõ facit simpliciter fidelis existens in caritate: t sic patet q̃ fides demonis habet in suo credere sentire prime veritati:sed non habet assentire vel consentire. Fides vero informis scilicet hominis existentis in peccato mortali:t sine caritate habet sentire de prima veritate t assentire : cum careat caritate. Fides vero formata que est hominis existentis in caritate:habet in suo credere hec tria: scilicet sentire : assentire : t consentire. Nam sentit de prima veritate : assentit prime veritati: t consentit in primam veritatem: quia non a remotis inclinatur ad deum: vt facit peccator:sed immediate:quia per caritatem cõiungitur deo. Ex prefatis omnibus distantibus euidenter apparet qualiter ad perfectionem fidei requiritur caritas:que est eius forma:sine qua fides ipsa omnino est insufficiẽs t inutilis ad salutem. ¶Quarto hoc idez probo

similitudinibus. Certum est enim ſm phm 2.phyſico.t.5.metha. q ad perfectionem alicuius rei tam naturalis q̄z artificialis quatuor simul cause necessarie concurrūt: videlz cā efficiēs cā materialis cā finalis cā formalis. Quod patet exemplo. Nam ad fabricationem ecclesie seu domus. ¶Primo cōcurrit causa efficiens que est magister. Scōo causa materialis que sunt lapides ligna t huiusmodi. Tertio causa finalis que est ordo vel habitatio. Quarto causa formalis que est forma ipsius domus vel ecclesie. His premissis. Certum est a simili q̄ a fortiori ad perfectionem ipsius fidei quattuor cause etiam requiruntur: videlz causa efficiens que est ipse deus habitum fidei in anima infundēs Secundo causa materialis que habitus est ipsius. Tertio causa finalis que est credere omnia credenda. Quarto causa formalis que est ipsa coniunctio ad deum per amorē t charitatem. Hoc idem probo alia similitudine. Nam sicut se habet naturalis homo erga materiam: sic se habet deus erga fidez Sed certum est q̄ homo non cognoscit materiam sine forma. dicente philosopho .7. metha. Materia inquit ſm se est ignota. Et Cōmentator ibidem ait. Nulla materia cognoscitur per se sed ſm formam. Et ꝓmo phyſico. dicitur. Materia non cognoscitur nisi per analogiam ad formam. Igitur a simili concluditur q̄ fides que est sicut materia: non cognoscitur a deo per approbationem sine forma ipsius charitatis. ¶Proinde notandum est ſm Tho.in.3.distinc.40.q̄ duplex est notitia siue cognitio dei. ¶Prima est notitia simplicis intelligentie seu speculativa Scōa est notitia approbationis. Notitia simplicis intelligentie est que habet rationez cognoscendi ab ipsa veritate: que ē lux ſūma cui nihil potest occultari: t hoc modo de necessitate deus cognoscit habitum fidei sine charitate t eius possessorem. Notitia vero approbationis denotat non solum notitiam qua innotuit: sed etiam complacentiam voluntatis: t hoc modo cognoscit: t approbat deus habitum fidei charitate informatum t eius possessorem ex complacentia sue mere t libere voluntatis hac igitur notitia approbationis non cognoscit deus omnia: quia nec mala nec malos nec habitum fidei simpliciter nec eius possessorem: nō enim placet deo impius t impietas eius: t per consequens non approbat: sed tm approbat bona t bonos.i.q̄ tam bonam fidem charitate informatam q̄z bonos eius possessores approbat deus ex noticia sua: eo q̄ complacent diuine voluntati. Et q̄ deus nō cognoscat noticia approbatiōis homines fideles sine charitate existentes patet: quia Matth.25. dicitur fatuis virginibus fidem t opera sine charitate habentibus. Nescio vos. Et Matth.7.c.dicitur. Fidelibus prophetis sine charitate existentibus: cōfitebor eis: quia nūq̄z noui vos vbi Crisostomus ait. Sciendum nobis est: quia deus nescit peccatores fideles: quia nō sunt digni vt cognoscantur a deo: non quia omnino eos nō cognoscat: sed quia illos nō approbat propter charitatis defectum. Ideo eos suos esse non cognoscit.hec ille. Ex prefatis t similitudinibus p3 qualiter fides etiā si sit plena omnibus operibus bonis si non habeat secum formaz charitatis omnino est insufficiens ad salutem. ¶Quinto deniq̄z probo exemplis: vz q̄ fides sine charitate nō proficit ad salutem. Nam Luc.7.c.dixit Christus Magdalene. Fides tua te saluaz fecit. vbi ait glo. Non fides sola Magdalenā saluā fecit sed fides cum charitate: ꝓpter quā ei a dño dictum est. Remittunt ei peccata multa: quia dilexit multū. Quo exemplo patet q̄ non fides sed charitas ꝓncipaliter peccata remittit t per consequēs animā saluat. Quod si sic ē ergo charitas ē necessaria ad pfectionē ipsius fidei. Aliud exemplū ponit apostolus de Esau ad hebre.12.di. Esau non inuenit a deo locuz penitentie.s.remissionem peccatoꝝ t salutez quāq̄z cum lachrymis a deo postulasset cum Qui Esau ſm Bonauen.in.4.di.14. parte 2.ar.3.q.3.habuit veram fidem cum operib⁹: sed quia non dolebat respectu charitatis et diuine offense: sed simplr ex timore future pene: ideo non meruit a deo nec remissionem peccatoꝝ nec salutem. Similiter aliud exemplum habetur.2.Macha.9.de rege antiocho qui cum ex merito sceleꝝ suoꝝ percussus fuisset insanabili t inuisibili plaga: eo q̄ vermes scaturibant de corpore suo t comedebant eius carnes: vt ibidem ad litteram dicitur: cepit ad agnitionem sui venire diuina cōmonitus plaga t dixit.iustum est subditum

esse deo: t mortalem non paria deo sentire: t orabat scelestus Antiochus ad dñm a quo non erat misericordiam consecuturus. Hec ibi. Hoc tamē ſm Bonauē.vbi supra: quia non habit caritatem simul cuz sua fide t opatione: non meruit gratiam a deo postulataz impetrare: nec salutem. ¶Patet igitur ex prefatis auctoritatibus: rationibus: distinctionibus: similitudinibus t exemplis: qualiter ad salutez non sufficiunt fides cordis: fides oris fides operis: sed etiaz oportet q̄ fides nostra habeat suam formam.s.caritatem: que nihil est aliud nisi ipsius fidei quedam necessaria perfectio. Et sic etiam ex pdictis patet quinta circunstantia ad integritatez fidei necessaria: que dicitur circunstantia formationis. Quam circunstantiam nobis concedere dignetur diuina maiestas: cui semp sit omnis laus t gloria in secula seculoꝝ. Amen.

¶Feria scōa post dominicam de passione. Ite de integritate ipius sacratissime fidei.

Qui credit in me sicut dicit scriptura: de vētre ei⁹ fluēt aque vive. Hoc autez dixit de spiritu sancto: quem accepturi erant credētes in eum. Scribunt hec verba Jo.7.c. t in euangelio occurrentis feric. ¶Post sacri euangelij litteralem t moralem expositionem. Spectabiles ciues ex quo vt claruit in precedenti sermone declaraui quintam circunstantiam ad integritatem vere fidei necessariam: habeo in presenti sermone simpliciter declarare sextā ipsius vere fidei circunstantiam ad eiusdem fidei integritatem summe necessariam: que dicitur circūstantia inquisitionis. Cuius circunstantie declaratio talis erit.

¶De sexta circūstantia ad integritatē vere fidei: nēcia q̄ dicit circūstantia inqsitionis.

Sexta insuper circunstantia ad integritatem vere fidei necessaria dicit circunstantia inquisitionis. Non solum ad fidei perfectionē t nostram salutem omnia supradicta requiruntur: sed insup oportet q̄ salutifera fides habeat omnimodā simplicitatem: t nullam prorsus habere velit temerariam seu pertinacem inquisitionē rationum in omnibus hijs que sunt fidei. Qz autem vera fides debeat omnino esse simplicissima: t q̄ nullus pertinaciter velle debeat inquirere demonstrationes scientias vel argumenta cum sit hoc impossibile tripliciter probo. ¶Primo auctoritatibus. ¶Secundo rationibus. ¶Tertio distinctionibus. ¶Quarto similitudinibus. ¶Quinto exēplis

¶Primo ꝓbo auctoritatibus q̄ quisq̄z debere simplicem fidem sine pertinaci inquisitione alicuius demonstrationis seu rationum t argumentorum. vnde Ambro.super verba prouer.10. Qui ambulat simpliciter: ambulat confidenter ait. Auferantur argumenta t rationes: vbi fides queritur. Non enim aliqua fidei recipienda sunt argumenta fidei contraria. In hijs enim que fidei sunt piscatoribus credit non dialectico. Hec ille. Bernar.insuper lib.de cōsideratione ait. Intellectus signata fidei temptet irrumpe reputet effractor. Scrutator.n. maiestatis plusq̄z decet fidei simplicitatem t virtutem omnino per deum dignoscit. Hec ille. Item de ꝑse. distin.4.ca.venit sacerdos.dicitur. Non per signa t orationes: sed simplicem fidem veritas colenda est. Item.23.di.c.quis episcopus Et.24.distin.c.quādo.dicitur. Fides simplicibus verbis sanctorum ab omnibus est credenda atq̄z tenenda. Apostolus etiā ad Ro. 12.dicit. Non plus sapere q̄z oportet sapere: sed sapere ad sobrietatez: t vnicuiq̄z sicut dominus diuisit mensuram fidei: vbi ait glosa. In omnibus opz humilr incedere: sed precipue in hijs que sunt fidei opz vnumquemq̄z simpliciter ambulare. ¶Patet igit ex pdictis auctoritatibus quālr simplicitas sine primaci ratione cuilibet est necessaria ad salutem.

¶Scōo hoc idem probo septem rōnibus.

¶Primo ratione interpretationis.
¶Scōo ratione superationis.
¶Tertio ratione falsificationis.
¶Quarto ratione multiplicationis.
¶Quinto ratione vituperationis.
¶Sexto ratione laudationis.
¶Septimo ratione diminutionis.

¶Primo probo ratione interpretationis q̄ quisq̄z tenetur credere ea que sunt fidei: t nō pertinaciter argumenta seu rationes q̄rere. Fundamentum rationis ponit philosophus

tum est q̄ sic: dummodo fiat dispensatio: aut propter minus malum: aut propter maius bonum. Sed clarum est quod deus cōdidit substantiam hostie simul ⁊ accidentia: statuitq; q̄ naturaliter vnum ab altero non separaretur. q̄ si super naturam ꝑ me lioꝛi bono separat accidentia a subiecto: hoc non est mirum cum velit ⁊ possit ⁊ sic facere opꝫtunum sit. Sicut enim in sole quādoq; dispensauit vt vltra solitum in medio celi ꝑ diem immobilis staret: ⁊ insuper in igne vt quandoq; non combureret. Sicut patet de tribus pueris in camino ignis existentibus totaliter illesis. Et in Enoch ⁊ Helya quos contra naturam in paradiso terrestri viuos reseruat: ⁊ in virgine Maria quā voluit contra ordinem nature sine humano semine concipere. Sic etiam potuit ⁊ voluit contra nature ordinem in hoc sacramento dispensare q̄ accidentia stent sine proprio subiecto. Nec mirum hoc debet apparere: quia cum effectus magis dependeat a causa prima q̄ꝫ a scōa: potest deus qui est prima causa substantie ⁊ accidentis per suam infinitam virtutem conseruare accidens in esse subtracta substantia per quam conseruatur in esse sicut per causaz. Sicut etiam effectus naturalium causarum potest deus producere sine naturalibus causis sicuti fecit duz corpus humanum sine materiali semine in vtero virginis formauit. ¶Quarto hoc idem probo ratione operabilitatis. Fundamentū rationis ponit Thomas super. j. de anima. dicitur. Omnis effectus naturaliter est significativus sue cause a quo est. patet hec regula. Nam fructus presupponit arborem a qua processit. Similiter cum visio oculoruz auditus aurium: formatio verborū ⁊ cetere operationes aliorum sensuum habeant causam substantialem a qua procedunt. Deto que sit illa substantia. Et certum est q̄ est ipsa anima que sm pbm. 2. de anima lz nō videatur: cognoscitur tamen per duplicē eius effectum. vz per sensum ⁊ motum. Quo presupposito: certum est q̄ per susceptionem dominici sacramenti anima deuota inter ceteros suscipit in se duplicem effectum. vz spiritualem ⁊ corporalem. Spiritualem dico: quia anima nouam ⁊ ineffabilē propter hoc sacramentum recipit delectationem: de qua mistice Sap. 16. Salomon ait. Panem de celo prestitisti eis omne delectamentum in se habentem. hic dicas si placet de ineffabili dulcedine ⁊ delectatione quam habuit beat⁹ frater Joannes da lauerna dum ibidem celebraret: qui dum protulisset omnia verba consecrationis: statim defecit pre dulcedine ⁊ omnia eius membra liquefacta sunt tanq̄ cera: propter quod dicebat. factum est cor meum tanq̄ cera liquescens in medio ventris mei. Narra totam hystoriam. habet insuper dominicum sacramentum effectū corporalem pro eo q̄ sepius cum deuote sumētibus preseruat corporalem vitam pro alio quo tēpore sine alio materiali cibo. hoc enim expresse contigit beate Angele de fulgineo q̄ fuit de tertio ordine nostro: que cū per duodecim ānos de licētia pape iugiter ⁊ dietim hoc sacramentum sumeret: tantam delectationem suscepit: q̄ per illos duodecim ānos prout notum fuit toti ciuitati nunq̄ aliud cibum ⁊ potum materialem sumpsit. Quod si sic est q̄ per receptionem dominici sacramēti predicti effectus sequantur. Deto vnde p̄dicti effectus procedunt seu causentur. Et certum est q̄ non procedunt ab ipsis accidentibus hostie: cum sint quid minimum. ergo necessario oꝫ ꝓfiteri q̄ causentur ab ipso corpore Christi quod veraciter sub accidētibus continctur: quia aliter non esset possibile: q̄ per susceptionem hostie predicti effectus sequerentur cum ex nihilo nihil sequatur. Sicut si deficit arbor vel pater necessario deficiunt rerum effectus qui sunt filius seu fructus. Quoniā igitur ab initio Christi vsq; ad tempora nostra ineffabili vel vtili experimēto probatuz est: ⁊ continuo experimento probatur a bonis ex hoc sacramēto spiritualem sequi effectus. ideo propter hoc est omnino impossibile quin sit ibi Christus totus in sacramento realiter: et hec experientia bonis ē certissimum argumentum omnium argumentoꝝ atq; rationum. propterea mens ipsam experientiaz possidens non potest de veritate sacramenti aliqualiter dubitare vel hesitare. ¶Quinto hoc idem probo ratione naturalitatis. Fundamentum rationis ponit pbus ꝓmo Methea. di. Vnūquodq; entium naturaliter operat sm proprietatē sue forme. patet hec regula. Jsta materia seu ferrū cultelli: quia habet formā aptā ad incisionem ideo incidit: similiter anima intellectiua que habet potentiā intellectiuā aptaz ad intelligēdū veritates iō intelligit. Quo ꝓsupposito certū est q̄ xp̄us dei filius formaliter ⁊ essentialiter est veritas quedā patris eterni. propter quod Joā. 14. ipse dicit. Ego suz via veritas ⁊ vita. Sed clarū est q̄ Joan. 6. de sacramēto loquens dixit. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Et Matt. 26. dixit. Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meū. Quod si sic est: quia sic est q̄ xp̄us est immutabilis veritas: ⁊ dixit cē corpus suū sub accidentibus hostie consecrate ergo necessario ⁊ indubitāter est ibi sub sacramento: aliter sequeret q̄ xp̄us dei filius falsum dixisset: quod est oīno impossibile. Jō propter hoc nō immerito arguendi sunt increduli de hoc sacramēto: qnimo cōburendi sunt hereticī qui aliter aut credunt q̄ꝫ credere debeant aut saltem notabiliter dubitant contra quos Ber. in suis sentētijs exclamās ait. O q̄ꝫ grauis ē nūc fides sacramēti ⁊ cō ditio Jesu xp̄i in fidelibus. logtur homo veritatem ⁊ credit ei: loquitur ebriosus falsitatez ⁊ fides ei datur: logtur xp̄us veritatem ⁊ fides ei non ꝓstatur: vnicuiq; in sua arte ⁊ facultate credit: soli xp̄o non credit in sua veritate. logtur Dyscianus de cōpositione litterarū ⁊ creditur ei. logtur Galienus de discretione vrinarū ⁊ credit ei: logtur ptholomeus de magnitudine cursus ⁊ influctia syderum ⁊ credit ei. logtur Aristoteles de fallacijs ⁊ forma silogismoꝝ ⁊ credit ei. logtur Tullius de ornatu colorū ⁊ facūdia orationis ⁊ credit ei. Logtur xp̄us de salute aiarū ⁊ non credit ei. O anima ingrata. O viscera dura quousq; effugis amicū tuum: quousq; per infidelitatē ⁊ incredulitatē despicis xp̄m tuū. hec ille. Vbe igitur talibus de hoc sacramento dubitantib⁹ quoniaz excludent a superna patria. Sicut significatiue Moyses ⁊ Aaron. ut habet Numeri. 20. Propter eoꝝ incredulitatē excluſi sunt a terra repromissionis. Propterea Apo. 21. dicitur. Timidis ⁊ incredulis pars illoꝝ erit in stagno igne ardenti ⁊ sulfure q̄ est mors secūda. Ex predictis rationib⁹ patet: qualiter sub accidē bus consecratis realiter est ⁊ sumit corpus xp̄i. ¶Tertio hoc idē probo distinctionibus prima di. est Ric. in quolibeto sic dicentis. Aut est inquit oīpotens aut nō: si sic habes intentū: quia corpus xp̄i est in sacro altaris cuz hoc possit ⁊ velit. Si nō est oīpotens qz non possit hoc facere: ergo de⁹ non est deus. Sed cū hoc sit ipossibile: quia deus includit in se oīpotentiā. ergo ꝑ cōsequēs est ipossibile q̄ deus ⁊ quo vult ⁊ potest: q̄ xp̄us eius filius nō sit in altaris sacramēto. hec Ricar. ¶Secūda distinctio est eiusdē Ricar. in q̄r to dist. 10. ar. j. q. j. in corpore questionis dicētis. Cū querit an corpus xp̄i sit sub hostia cōsecrata q̄ntuz adverā eius substantiā. Respō deo q̄ in sacramento altaris substantia corporis vere ⁊ realiter cōtinetur sub specie panis. Diuina enim virtus que de nihilo mundū creauit: hoc instituere potuit ⁊ voluit: ⁊ qz voluit fecit. Et hoc facē cōgruū fuit: qz i hoc manifestat sue potentie imensitas. Hoc enim est tam admirabile q̄ transcendit omnem facultatē nature. Jtez sue humilitatis ꝓfunditas: in hoc q̄ voluit q̄ possemus suū corpus sacratissimū nrīs manibus contractare Jtē eius inextimabilis charitas in hoc q̄ a nobis visibiliter recedens nobiscū voluit verū corp⁹ suuz inuisibiliter remanere: ⁊ ꝑ hoc in credendo in būilitate exercitamur ⁊ in virtute spei roboramur: ⁊ in charitate amplius inflāmamur. Sūme ergo debent oēs catholici detestari ⁊ psequi illū pessimū errorē impiorū. q̄ dixerūt corp⁹ xp̄i nō ꝓtineri realiter in sacramēto altaris: sed tantūmodo ibi cē sicut in signo: quē errorem retractauit Berengarius rome coram centuz. 13. episcopis. ut habetur de conse. dist. 2. ca. Ego Berengarius. hec Ricar. verbaliter. ¶Tertia distinctio est Innocen. tertij. in libro de officio misse. dicentis. Sicut dei filius per diuinaz naturā habet triplicez modū existendi in rebus. Est enim in omnibus reb⁹ ꝑ essentiā: in omnibus iustis presentialiter per gratiaz: et in assumpta natura per personalē vnionem sic corpus xp̄i habet triplicem modū existendi: in celo eni est localiter: in verbo est personaliter: in altari vero est sacramentaliter. Corpus enim xp̄i sm esse naturale est tantū ⁊ simpliciter in vno loco. scilz in celo sicut locatum in loco: sm esse personale nō est in loco respectu verbi. sm vero esse sacramentale est in pluribus locis ⁊ sic habet modū existendi specialē quēadmodum anima in corpore. hec Innocen. verbaliter. Pro maiori

tamen declaratione distinctionis Innocen. dico q̄ corpus xp̄i habet dupler esse. scilicet naturale ⁊ sacramentale. de quo duplici esse loquitur Augusti. super psalmo quarto. et habet de cons. distin. 2. ca. prima heresis. vbi ait. Donec seculū finiatur sursum est dom⁹: ⁊ hoc quo ad esse naturale ipsius corpis xp̄i sed tamen etiaz hic nobiscum est veritas do minus ⁊ hoc scilz quo ad esse sacramentale corpus cniz xp̄i quod resurrexit oportet esse in vno loco. glo. id est in celo. In celo in forma qua subici humanis oculis ⁊ sensib⁹ valet veritas aut cius vbiq̄z diffusa est glo. id ē in sacramento vbi est veraciter ⁊ non sensibiliter: hec ibi verbaľ in tertu ⁊ glo. Er quo patet q̄ corpus xp̄i quo ad esse naturale est in celo localiter. ut dicit Augusti. ⁊ Innocen. Sed quo ad esse speciale ⁊ sacramentale est in hostia veraciter. Et ideo ex hoc p̄z: q̄ xp̄s in hostia consecrata recipit sacramentaliter non naturaliter q̄ sic patet. Naz in cena domini xp̄us accepit panem ⁊ vinū ⁊ consecrauit ⁊ dedit Apostolis di. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. Cum cniz ipse est veritas. Joan. 14. non potuit simulate loqui: et ideo apostoli susceperūt verum corpus christi non sm esse naturale: sed sm esse sacramentale: pro eo q̄ illā carnē ⁊ sanguinē xp̄i non susceperūt prout habebat esse naturale. Ideo hoc non intelligentes discipuli. Joan. 6. Cum xp̄us diriſſet nisi manducaueritis. c. f. h. ⁊ bi. cius san. ⁊c. Dixerunt durus ē hic sermo: ⁊ statim recesserunt ab eo. Nam credebant q̄ xp̄us intelligeret q̄ susciperent carnem ⁊ sanguinem eius visibiliter: prout habet esse naturale: quod non sic intelligebat christus. predicta omnia confirmat Augusti. de cons. dist. 2. c. Non hoc corpus. ait. Nō hoc corp⁹ quod videtis cōmesturi estis nec bibituri estis sanguinē illuz quem effusuri sunt illi qui me crucifigent. hoc quidem ipsum ⁊ non ipsum. Ipsum quidem inuisibiliter: ⁊ non visibiliter suscipietis. nam et si visibiliter celebrari oportet inuisibiliter tñ intelligi debet. hec ibi. Et idem August. de cō se. distin. 2. ca. prima quidem. ait. Prima quidez heresis in discipulis xp̄i velut a duritia sermonis eius facta est: cuz cniz diceret nisi manducaueritis carnē meam. ⁊c. illi non intelligentes dixerunt ad inuicez: durus est hic sermo. Quis cniz potest hunc manducare. Et iō sepauerūt se ab illo ⁊ remāsit cum 12. ⁊ descendentib⁹ illis instruxit eos q̄ remanserūt: spūs est ingt. i. spūalis intellect⁹ q̄ iustus carnaliter. Caro autem. i. carnalis intellect⁹ nihil p̄ dest. verba que locutus suz ad vos spiritus ⁊ vita intellexistis spiritualiter spiritus et vita sunt spiritualiter ergo intelligite. Non cuz corpus hoc quod videtis manducaturi estis ⁊ bibituri illū sanguinem quez effusuri sunt qui me crucifigent: sacramentuz vobis aliquod cōmendaui: spiritualiter intellectuz vivificabit vos. Caro autem non prodest quic q̄z: sed quomodo illi id est discipuli recedentes intellexerunt sic respōderunt: carnē quippe sic intellexerunt quomō in cadauere venditur aut in macello dilaniatur. Hec Augusti. verbaliter. glo. autē ibidem super illa verba non hoc corpus quod videtis manducaturi estis ait. id est non in eadem specie ⁊ representatione qua me nūc videtis ⁊ qua me pati videbitis manducabitis carnem meam ⁊ sanguinem meum bibetis: sed soluz in sacramento. hec glo. Er predictis etiam distinctionibus patet: qualiter xp̄us realiter et ꝑ non visibiliter tamen inuisibiliter a fidelib⁹ sumit sacramentaliter sub accidentibus hostie. ¶ Quarto etiaz probo exemplis q̄ veraciter corpus xp̄i sub accidētibus hostie consecratis continet. primū exemplū habemus de Berengario diacono qui tenebat oppositum propter quod retractauit: pro eo q̄ a Nicolao papa similiter cum centū. 13. episcopis reprobatus fuit. Cuius confessio ponitur de conse. distin. 2. ca. Ego Berengarius indignus ecclesie sancti Mauritij andegauēsis diaconus cognoscens veram catholicam et apostolicā fidem anathematizo omnē heresim p̄cipue eam de qua hactenus infamatus sum que astruere conatur panem ⁊ vinum que in altari ponuntur. post consecrationem solūmodo sacramentū esse ⁊ non verum corpus ⁊ sanguinez domini nostri Jesu christi: ⁊ non posse sensualiter nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari: vel fringi: aut fidelium dētibus atteri cōsentio autē sancte Romane ecclesie ⁊ apostolice sedi et ore ⁊ corde profiteor de sacramentis dominice mensie eādez fidem me tenere quaz dominus ⁊ venera. papa Nicolaus et sancta synodus auctoritate euangelica ⁊ apostolica tenendā tradidit mihiq̄z firmauit ꝛz

ponent ⁊ vinum que in altari ponūtur post consecrationē non soluz sacramentū: sed etiam verum corpus ⁊ sanguinez domini nostri Jesu xp̄i esse: ⁊ sensualiter non solū sacramentū: sed in veritate manibus sacerdotum tractari frangi ⁊ fideliū dentibus atteri. Jurans perfectaz homousion trinitatē ⁊ per sacro sancta christi euangelia eos qui contra fidem hanc venerint cum dogmatibus ⁊ sectatoribus suis eterno anathemate dignos esse pronuncio. q̄ si ego ipse aliquando contra hoc aliquid sentire aut predicare presumpsero: canonū securitati subiacebam. hec ibi. Inferius sequitur qualiter papa cuz predictis episcopis misit hanc confessionem per omnes partes xp̄ianitatis. Aliud exemplum habemus de beato Gregorio de quo legitur: q̄ cum vellet cōmunicare quandam viduam: que faciebat sibi hostias quibus ipse celebrabat: fortiter risit: qui statim manuz retrarit: ⁊ posuit hostiā consecratā super altari: ⁊ cum quereret quare risisset dixit. Rideo: quia hostiam quā manibus meis feci mihi das pro vero corpore xp̄i. Qui videns eam incredulam orauit ad altare dicens. O domine Jesu christe ostende queso veritatē tui sacramenti huic vidue ⁊ statim apparuit miraculose hostia tota caro. Quo viso vidua lachrymata est ⁊ ab omni incredulitate sanata. tunc Gregorius iterum orauit ut hostia conuerteret ut primo erat quod ⁊ factuz est: ⁊ tunc vidue dedit hostiaz consecratā de more suscipienda⁹. Aliud exemplū potes hic ponere qualiter dum beata Clara oraret coram sacramēto ut defenderet moniales ab inimicis ⁊ ciuitatem Assisij: statim apparuit ibi infantulus quidaz in tabernaculo dicēs. Ne timeas: quoniā victoriam habebis portans igitur tabernaculū cum corpore christi vndiq̄z circa locum statim omnes inimici p territū propter presentiā christi in tabernaculo veraciter existentis de muris corruerunt quorū aliqui ecciderunt mortui aliqui vero aufugerunt: ⁊ propter hoc etiam ciuitas Assisij de inimicis infidelibus victoriam reportauit. Aliud deniq̄z exemplū etiam habem⁹ de beato Gregorio papa: de quo legitur q̄ cum missam celebraret apparuit Jesus sub passionis ⁊ pietatis effigie: quez videns compassione motus ⁊ deuotione plurimū lachrimatus est. Et ideo statim propter hoc missa celebrata omnibus vere penitentibus ⁊ confessis coram simili imagine pictaris dicentibus genibus flectis orationē infra scriptaz cum quinq̄z Pater noster ⁊ totidē Auc maria concessit quattuordecim milia annorum de indulgentia. Postmodū vero multi alij summi pontifices pre deuotione addiderūt tantū q̄ in summa sunt viginti milia: ⁊ duo decim anni: ⁊ dies. 23. Hec oia scripta sunt in capella domini cardinalis Hostiensis sita in ecclesia sancti Petri de Roma: quaz indulgentiam cōfirmauit papa Calixtus tertius die. 17. Junij. 1456. qui etiam orationi sancti Gregorij addidit duas vltimas clausulas. Orationes igit dicēde pro predicta indulgentia habenda est ista. ¶ O domine Jesu xp̄e adoro te in cruce pendentem ⁊ coronam spineam in capite portantē: deprecor te ut tua crux liberet me ab angelo pcutiente. ¶ O domine Jesu christe adoro te in cruce vulneratum felle ⁊ aceto potatum: deprecor te ut tua vulnera sint remediū anime mee. ¶ O domine Jesu christe adoro te in sepulchro positum mirra aromatibusq̄z conditū deprecor te ut tua mors sit vita mea. ¶ O domine Jesu xp̄e pastor bone iustos conserua: peccatores iustifica omnib⁹ fidelibus defunctis miserere et propitius esto mihi peccatori. ¶ O domine Jesu xp̄e propter illam amaritudinem tuam quam pro me misero peccatore sustinuisti in cruce maxime quando nobilissima anima tua egressa est de corpore tuo: miserere anime mee in egressu suo Amen. Er predictis auctoritatibus rationibus: distinctionibus: atq̄z exemplis patet: q̄liter veraciter corpus xp̄i in forma sacri sub accidentib⁹ consecratis cōtinet ⁊ sumit: ⁊ per cōseq̄ns de veritate sacri patet sua realitas. ¶ Secundo de veritate dominici sancti nō suam vnitatē. Non tñ ut claruit tenendum est corpus xp̄i esse sub speciebus panis consecrati que videtur: sed insuper tenendū est: q̄ ibi etiā similiter sunt hec tria. vz sanguis anima ⁊ diuinitas. Primo igitur sub accidentibus hostie consecratis est ibi veraciter corpus xp̄i ex vi verborū: que verba cōsecrationis super hostiā facta: de solo corpore faciunt mentionē. ¶ Secundo est etiā ibi sanguis per concomitantiā immediatā: q̄ sanguis immediate disponit corpus ad vitam. ¶ Tertio est etiā ibi anima per cōcomitātiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝓpinquā quia licz sanguis disponat corpus ad vitā:non tamē potest habere illam dispositionē nisi mediante aia. Anima enim est q̄ corpus viuificat.secundo de anima. ¶Quarto est ibi diuinitas verbi per cōcomitantiaz remotā:quia licet diuinitas cū tribus precedentibus faciat vnū suppositū:non tamē pertinet ad eandē naturā: t insup:quia quod semel ſm Bern̄. t Ansel.diuinitas assumpsit nunq̄z dimisit. Vltra hoc tenendū est similiter q̄ sub speciebus vini in calice consecratis similiter sunt illa eadem q̄ttuor licet alio ordine. Nam ꝓmo est ibi sanguis xpi et virtute verboꝝ:ꝓ eo q̄ verba consecrationis calicis de solo sanguine faciunt mentionem ¶Secundo est ibi corpus per cōcomitantiā immediatā:quoniā ut fit sanguis nō habet esse nisi fundet in corpore.Corpus enim est receptaculū sanguinis immediatū. vnde si sanguis esset extra proprium corpus nō sanguis sed cruor diceret. ¶Tertio est ibi anima per cōcomitantiā propinquā t ratio est: q; sanguis non potest habere esse naturale nisi ab anima foueat. ¶Quarto est ibi diuinitas p concomitantiā remotā:quia nō pertinet ad eandē naturam:ut supra dictū est: q̄uis cuz tribus precedentib⁹ faciat vnū suppositum. q̄ autē quattuor predicta sint predicto mō sub speciebus hostie consecrate t vini quadrupliciter probo. ¶Primo auctoritate. ¶Secūdo ratione. ¶Tertio distinctione. ¶Quarto filitudine. ¶Primo probo auctoritate Ambro.libro de sacrāmētis dicētis. Que fuerūt in vtero virginis hec eadē inueniūtur in sacramento altaris. Nec ille. Sed quoniam quattuor predicta simul fuerunt in vtero virginis:ergo similiter sunt in sacramento altaris.q̄ infinuans xpus Joan.6.dicebat. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi si qs tē. ¶Per hoc enim q̄ dicit. Ego sum panis intelligit ibi esse corpus suū:p hoc q̄ subdit vinus intelligit ibi esse anima p quā corpus viuificatur: t quia anima sine sanguine corp⁹ non viuificat:ideo intelligit etiam ibi cē sanguis:p hoc autē q̄ subiungit qui de celo descendi:intelligit q̄ ibi est diuinitas. ¶Secūdo hoc idem probo rōne vivacitatis.Certum est cui q̄ xpus in sacramento est vivus t gloriosus:t per consequēs predicta q̄ttuor sunt vino inseparabilia.Aliter sequeret q̄ si corpus esset sine anima esset mortuū:t per cōsequens a fidelibus xpus sumeret mortuū: quod vestre penitus repugnat fidei.Cum dicat apostolus ad Roma.6.Xpus resurgens ex mortuis iam non moꝛit t mors illi vltra nō dominabit. ¶Tertio hoc idem probo distinctione Ricar.in quarto.dist.10.ar.1.q.2. in corpore questionis.di.Cum queritur vtrum xps sit in sacramento q̄ntum ad eius veram q̄ntitatem. Respōdeo q̄ corpus xpi cum sua q̄ntitate realiter continet sub specie panis in sacramento altaris. Ratio est:cum cuiz realiter ibi sit substantia corporis xpi: que a sua q̄ntitate naturali nō separatur sequitur etiā ipsam quantitatē ibi esse:t quia etiā corp⁹ anime cōiunctū est:ibi etiā est anima. Vnde si quis cōsecrasset in triduo mortis xpi sub sacramento fuisset corpus sine anima: t quia ista non separantur a diuinitate ibi etiam est diuinitas. Sed substantia corporis est ibi ꝓmo t per se t immediate:quia substantia panis non trāssubstantiatur: nisi in substantiā corporis:q̄ntitas autez t anima t diuinitas ibi sunt per concomitantiā: q̄uis si diuinitas non esset ibi per concomitantiā tamen esset ibi tota per simplicitatē t immensitatē suam per que vbiq̄z tota est: sub specie: ergo panis totus est xpus cum sua q̄ntitate. Similiter sub specie vini:quia q̄uis substantia vini nō transsubstantiet: nisi in sanguinē tū quia sanguis est vnitus corpori t corpus sue q̄ntitati t anime:t corpus t anima diuinitati:ideo corporis q̄ntitas cius anima t diuinitas sunt sub specie vini per cōcomitantiā et ita sub specie vini realiter est xps totus. hec Ricar.verbaliter. ¶Quarto hoc idē probo similitudine. Naz ponat q̄ iudex aliquis in carcere corpus ¶Petri:clarū est q̄ per cōcomitantiā et incarcerat eius sanguinē t alia que includuntur in ipso corpore ¶Petri. Eodem modo intelligendū est de corpore Christi:qō cum consecretur sub accidentibus ibi etiam per cōcomitantiam simul sunt anima sanguis t diuinitas. Er predicta igitur auctoritate:t similitudine distantie. patet quare in hostia consecrata t vino simul sunt t adorari debent h quattuor.vz corpus: sanguis: anima:t diuinitas. Et sic per consequēs p̄z de veritate dñici sacramenti sua vnitas. ¶Tertio de veritate dñici sacramenti nouā suam doctrinabilitatem. Erquo vt clarius post consecrationem corpus Christi est realiter sub accidentibus.sanguis vero anima t diuinitas per concomitantiā:possumus ex hoc elicere.5.decumēta. videlicet quorum. ¶Primum dicitur adorationis. ¶Secundum dicitur consiliationis. ¶Tertium dicitur susceptionis. ¶Quartū dicitur separationis. Quintum dicitur portationis. ¶Primum documentum q̄ ex supradictis elicitur dicitur adorationis.Luz enim dicat Brego.de consecra.di.2.c.quid sit.q̄ in hoc sacro aliud videt t aliud creditur:t idem habetur extra de celebra.miss.c.Cum Marthe.q̄ videlicet aliud cernitur oculis corporis:t aliud creditur oculis mētis:hinc est q̄ in adoratione ipsius sacramenti datur documentū q̄ talis adoratio nequaquaz est dirigenda ad id quod cernitur sz tantum ad id quod creditur:q̄ illud solum adoratione dignum est.nam illa que oculis corporis conspiciuntur accidentia sunt: quibus non conuenit adoratio latrie:q̄ non sunt in corpore christi sicut i subiecto:sz corpus christi quod sub illis accidentibus latere creditur id solum adoratione predicta dignum est. ¶Secundū documentū dicitur consiliationis.quia enim consecrationis verba secrete proferuntur a sacerdote super hostiā t calicē propterea consilium datur q̄ ante eleuationem hostie t calicis nunquam adoratio fiat a ꝓpto periculoz idolatrie.Et rō est:q̄ cōstat ibi nondum esse corpus cristi.propterea honorius tertius extra de celebra.miss.c.sane ait. Sacerdos quilibet frequenter doceat plebē suā vt cum i celebratione missaruz eleuatur hostia salutaris tunc solus se reuerenter iclinēt.hec ibi. ¶Tertiū documētū dicit susceptionis.licet enim in primitiva ecclesia sacramentum hoc sub vtraq̄z specie ministraretur populo.ꝓ vt habetur de conse.di.2.c. cōperimus.tamen ecclesia moderna ordinauit q̄ soluz sumatur a laycis personis sub specie pānis:qō fecit.2.respectu. ¶Primo.q̄ posset credere q̄ totus christus nō esset sub vtraq̄z specie.Secundo fecit propter periculum effusionis.Nam circa species vini de facili accidebat t accidere potest periculum effusionis.Adde t Tertium q̄ sub vtraq̄z specie tā corpus q̄z sanguis suscipitur. propter quod i sequentia corporis christi cantat ecclesia.Laro suguis cib⁹ potus manet tamen xps totus sub vtraq̄z specie. ¶Quartum documentum dicitur separationis. Tho.in .4.d.11.ar.4.q.1. Et.3.parte sume.q.81.ar.4. Et.q.26.ar.2.ponit hunc casum q̄ tenere debet q̄ si aliquis apostolorum post mortem christi in illo triduo fecisset hoc sacramentum.ibi non fuisset sanguis neq̄z anima:sed solum corp⁹ christi et diuinitas eius.t ratio est quia tempore passionis hec duo.scilicet sanguis t anima a corpore christi realiter fuerunt separata: et hoc ideo quia sanguis erat effusus super terram:corpus erat in sepulchro t aia erat i limbo.Quod etiam tenet Ric.in.4.di.10.ar.1.q.2.in corpore.q. Franciscus etiaz de maronis in sermone quez fecit de corpore christi.Qui incipit memoriam fecit tē.oppositum nunc tenet quia non potest consecrari corpus christi qn ibi fit etiam sanguis t anima per cōcomitantiam. ¶Quintum documentum dicit portationis.ſm enim q̄ notat hostiēſ.extra de celebra.miss.c.sanc.quando sacerdos vadit ad cōmunicandum infirmum:consulo vt duas hostias consecratas secum deferat:vt cum vna infirmum communicet t alteram honorifice secum reportet. Et ratio est quia si vasculum vbi delatum fuit sacramentum ad egrotum indigne reportetur ad domum indecens videtur:cum forte in eo remanserint aliquе parue reliquie dominici sacri. Si autē honorifice reportatur vas predictum absq̄z hostia consecrata decipitur populus qui adorat tē.hec sententia hosti.est valde laudabilis t discreta t ideo obseruanda. ¶Er predictis patet declaratio.5.documentorum:t per consequens patet etiā er predictis de veritate dominici sacramenti sua realitas:sua vnitas:et sua doctrinabilitas.Que similiter tria nobis firmiter credere concedat dominus noster Jesus christus:in presenti per gratiam t in futuro per gloziam:qui viuit t regnat in secula seculorum.Amen.

¶Feria.tertia post dominicam Oliuarum. Item de 7.excellentia ipsius sacratissime fidei:seu de realitate dominici sacramenti.

A Ccepit iesus panem t benedicens fregit t dedit eis.Et ait. Sumite hoc est corpus meum.Scribuntur hec verba.Mat.14.c.t in passione occurrētis ferie. ¶Postq̄z egre

gii ciues declarauí de realitate dominici sacramenti primam conclusionem que dicta fuit conclusio veritatis in qua fuit ostensum qualiter corpus ⁊ sanguis christi sub accidentibus panis ⁊ vini veraciter continetur ⁊ sumitur: habeo hodie similiter declarare secundam conclusionem que dicitur necessitatis. Cuius conclusionis declaratio talis erit.

¶ De secunda conclusione dominici sacramenti que dicitur necessitatis: seu de necessaria susceptione ipsius dominici sacramenti.

SEcunda igitur conclusio de realitate sacramenti dominici declaranda dicitur conclusio necessitatis. Demonstrata huius sacramenti veritate quomodo scilicet sub accidentibus hostie consecratis est realiter corpꝰ christi: ⁊ per concomnitantiam etiam ibi est sanguis anima ⁊ diuinitas: non ostendo maximam necessitatem susceptionis ustius sacramenti benedicti. ℙro conclusione igitur firma tenendum est q̄ impossibile est aliquem adultum ⁊ discretionē habentem vnquā saluari posse: etiam si confiteretur sacerdoti omnia peccata sua: ⁊ insuper omnia bona sibi possibilia faceret: nisi saltem semel in anno fideliter ⁊ deuote susciperet hoc sacramentum. Et q̄ quisq̄ discretione vtens tenetur de necessitate salutis hoc sacramentum reuerenter ⁊ deuote suscipere quadrupliciter probo. ℙ Primo auctoritate. ℙ Secundo distinctionibus. ℙ Tertio rationibus. ℙ Quarto figuris. ¶ ℙro 1o auctoritatibus. Nam. Jo. 6. saluator ait. Nisi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ bibcritis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Item Anacletus papa de conse. di. 2. c. peracta. ait. ℙeracta ꝓsecratione omnes cōmunicent: qui noluerint diuinis carere luminibus. Sic enim apostoli statuerunt ⁊ sancta Romana tenet ecclesia. hec ille. Item hylarius papa de conse. di. 2. ca. si non sunt. ait Si non sunt tanta peccata vt excōmunicetur quis. glo. i. sit dignus excōmunicatione nullus se debet a medicina corporis domini separare. hec ille. Item Fabianus papa eadem di. c. ⁊ si nō. ait. Et si non frequentius saltem ter in anno homines communicent nisi quis forte maioribus criminibus impedia-

tur in pascha. videlicet in pentecost. ⁊ in natiuitate domini. hec ille. Item concilium agathense eadem di. c. seculares. precipit vt. Seculares qui in natale ⁊ penteb. non cōmunicauerint catholici nō creduntur. nec inter catholicos habeantur. hec ibi. Item eadem di. c. hij qui intrant. dicitur. hij qui intrant in ecclesia ⁊ dep:ehenduntur nunquam cōmunicare admoneantur. Quod si non cōmunicant ad penitentiam arcentur. Item eadem di. c. omnis homo. precipitur. Omnis homo cōmunicet nec inter catholicos connumeretur qui in istis temporibus videlicet. pascha. pentbc. ⁊ natale domini non cōmunicauerit. Similis sententia habetur ibidem. c. In cena domini. Item Jnno Tertius extra. de pe. et re. c. omnis. ait. Omnis vtriusq̄ sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit: omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti ⁊ iniunctam sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere: suscipiens ad minus in pascha eucharistie sacramentum nisi forte de proprii sacerdotis consilio: ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius receptione duxerit abstinendum. alioquin ⁊ viuens ab ingressu ecclesie arceatur: ⁊ moriens christiana careat sepultura. hec ille. Item q̄niq̄ de conse. di. 2. c. Siquis intrat i ecclesia dei: ⁊ sacras scripturas audit ⁊ pro luxuria sua auertit se a cōmunione sacramenti: ⁊ in obseruandis misterijs declinat constitutum regulam disciplinę: istum talem proiciendum esse de ecclesia catholica decernimus donec penitentiam agat ⁊ ostendat fructum penitentie sue: vt possit cōmuniōe percepta indulgentiam promereri. hec ibi. Et predictis auctoritatibus patet qualiter quisq̄ discretiōe vtens tenetur saltem semel in anno prout docuit auctoritas Jnno. sacram eucharistiam suscipere. ¶ Secundo hoc idem probo duabus distinctionib⁹. ℙrima distinctio ē tho. Tertia parte sūme. q. 73. ar. 3. Et in. 4. di. 12. ar. q. 1. di. cū queritur an susceptio sacramenti sit de necessitate saluris. Respondeo q̄ sic, duplici respectu. ℙrimo respectu Jnstitutionis. Nam ecclesia statuit vt fideles communicent saltem semel in anno: vnde siquis negligit suppetente facultate talis non est sine contēptu: ⁊ ideo mortaliter peccat. Secun-

do respectu suppositionis finis. supposito enim hoc fine q̄ homo velit in vita spirituali firmus persistere. de necessitate salutis tenetur hoc sacramentum suscipere. hec tho. verbaliter. ¶ Secunda distinctio est Ricar. in quarto. di. 12. ar. 6. q. 1. in cor. q. di. Cum queritur an frequenter sit communicandum: an tantum semel in anno iuxta preceptum ecclesie. Respondeo q̄ sicut in corpore fit quasi continua deperditio naturalis humiditatis per actionē naturalis: caloris qua de causa oportet pluries cibum sumere ad restaurationem deperditi: ne perditio continua mortem inducat: sic cum ex corruptione concupiscentie in nobis ⁊ occupatione circa exteriora fuit deperditio deuotionis ⁊ charitatis feruoris: de bemus pluries non tantum semel suscipere hoc sacramentum: per cuius susceptionem causatur in anima spirituale nutrimentum ne per nimiam deperditionem si non adesset restauratio: homo paulatim ad mortem spiritualem deduceretur. In suscipiendo tamen hoc sacramentum debet esse desiderius amplioris coniunctionis cum christo et reuerentia ad sacramentum. vnde si homo experimentaliter cognoscit q̄ ex frequenti suscep tione huius sacramenti feruor charitatis augetur in ipso: ex reuerentia sacramenti nō mi nuitur frequenter debet communicare non tamen in die pluſ q̄ semel. argumentum de conse. di. 1. c. sufficit. Si autē sentiret per multaz frequentationem minui reuerentiam ad sacramentum: feruorem non multum augeri interdum deberet abstinere vt cum maiori reuerentia postmodum accederet. Et iō dicitur de conse. di. 2. c. quottidie eucharistie cōmunionem accipere nec laudo nec vitupero. Et ita faciat vnusquisq̄ quod fm fidem suam pie credit esse faciendum. hec tamen omnia sic intelligas vt quisq̄ obseruet statutum ecclesie de cōmunicando semel in anno ad minus: alio autem tempore non tenetur homo cōmunicare de necessitate nisi de ratione officij. quod dico propter sacerdotes qui cōmunicare tenētur quotiescunq̄ conficiunt corpus christi: de conse. di. 2. c. Relatum vel etiam ratione periculi mortis sicut sunt homines in grauibus infirmitatibus constituti: in quibus est notabile periculum mortis. tales enim petere tenentur eucharistie sacramentum si vsum habent lāb. arbi. Et insta in solutione. vltimi argumenti etiam subiungit di. In primitiua ecclesia quando vigebat maior deuotio: quia parum ante precesserat christi passio et erat ab infidelibus maior impugnatio: ordinarum fuit vt fideles qualibet die communicarēt vt habetur de conse. di. 2. c. peracta. vt et hoc fruentiores essent in deuotione: ⁊ fortiores in tribulatione. postmodum aūt minus feruente charite ordinatum fuit vt saltem ter in anno cōmunicarent vt habetur de conse. di. 2. c. Seculares. postmodum vero adhuc magis frigiscente charitate ordinatum est vt saltem semel in anno sed licet in pascha quisq̄ communicet vt habetur extra. de. pe. ⁊ re. c. omnis. hec Ricar. ver baliter. Ex qua di. possumus videre moraliter quantum deficit feruor charitatis et deuotionis in christianis. Jam vt idem Ricardus dicit in primitiua ecclesia quando diuini amoris ebulliebat feruor quottidie sumebant fideles corpus christi. vnde act⁹. secundo dicitur. Erant omnes perseverantes in doctrina apostolorum. et communicatione fractionis panis. Et de ꝓse. distin. 2. c. peracta. precipitur per acta consecratione omnes communicent rē. Sed quid venit. Jam q̄ mundus semper vadit deficiendo in deuotione ⁊ feruore diuini amoris idcirco venit tempus sacrorum doctorum qui videntes homines effectos valde tepidos ⁊ indeuotos consulerunt q̄ non omni die sed solum in dominicis diebus communicarent. vnde Augu. de ꝓse. di. 2. c. quottidie. ait. Eucharistie communionem accipere nec laudo nec vitupero omnibus: tamē dominicis diebus communicandum horor. hec ibi. In hoc attende magnum periculum religiosorū et prelatorum obligatorum ad capellas ⁊ parochias quia multotiens etiam contra suaz voluntatem coacti sunt celebrare dato q̄ sevide aut valde tepidos ⁊ inpreparatos ad suscipiendum tantum sacramentum: ⁊ ideo fratres minores qui se in talibus non intromittunt sunt valde leti ⁊ consolati quia sunt liberi et quia possunt ad hoc sacramentum magis et minus accedere fm q̄ se dispositos inuenunt post ea adhuc defecerunt fideles a deuotiōe ⁊ feruore dñi amoris: q̄ō videſ Fabian⁹ papa tpe suo reputauit rē indignā q̄ fideles

communicarent singulis diebus dominicis propterea instituit vt habetur de conse. di.2. c.t si non frequentius.vt saltem ter in anno communicaret.videlicet in Natale domini in pascha:t in pentech. Et ideo iterum super hoc fundamēto persone seculares magis deuote ter in anno se cōmunicāt:t de hoc multum sunt commendandi. Aliqui vero vltra *hoc etiam* se cōmunicant in assumptione domine qō plurimum laudabile est. Sed quid accidit videns postmodum papa Innocen. tempore suo christianos effectos indeuotissimos t valde iniquos: fecit statutum in concilio vt habetur.extra de pe.t re.ca. omnis. Quod saltem semel in anno cōmunicarent videlicet in pascha. Sed papa Soterus vt habetur de conse.d.2.c.In cena.dicit.Quod fideles debent cōmunicari in cena dñi. Canoniste tamen et sacri theologi dicunt q fuit consilium non preceptum. Diuerse aūt sūt opiniōes an i cena domini an n pascha ecm municari debeant. Et licet Eugenius papa fecit per bullam q sufficit in cena domini : tñ mihi videt securius cōmunicare in pasca: quia de.pe.t.re.c. omnis vtriusq3 sexus. dicitur. Quod ad minus in pasca quisq3 debeat se cōmunicare. Ex premissis accipe corclarium q erquo tempore apostolorum fideles quottidie se cōmunicabant. Nunc vero non nisi semel in anno:ostenditur in hoc perfectio vel imperfectio nostra. Mā cum annus habeat trecentos.66.dies:qui semel tantum cōmunicat in bis diebus:aut sunt.365.vicibus peiores illis qui quottidie se cōmunicabant:aut sunt.365.vicibus minus perfecti illis:aut arguitur q illi fuerunt magis perfecti.365.vicibus.christianis modernis. Sed quid dicemus de illis qui non se cōmunicāt quottidie:nec diebus dominicis nec ter i anno nec etiam semel. Immo non semel in.10. annis.profecto tales non sunt dicendi christiani:sed potius paterini atq3 diaboli. Et licet aliqui dicant se abstinere a cōmunione propter reuerentiam sacramenti. Istis Respondeo.q nihil valet excusatio eorum nec ē iusta causa differendi. Nec sufficit dicere q quis non potest indulgere vel non vult aliena restituere seu aliquid aliud ad quod obligatur facere:q3 tales omnes nisi se disponāt ad suscipiendum sacramentum mortaliter peccant t omnino excōmunicandi sunt. Sicut expresse habetur ter.de conse.di.2.c. Si quis intrat. Ric.autem in.4. di.9.ar.2.q.1.in solutione secundi t tertij argumenti.dicit ad litteram.q nullus discretione vtens excusat a cōmunione: pro eo q quisq3 cum dei adiutorio se potest disponere per penitentiam vt digne se cōmunicet. Et prefactis igitur distinctiōibus etiaz patet qualiter quisq3 teneatur de necessitate salutis saltem semel in anno se cōmunicare seu dominicum sacramentum sumere. Tertio hoc idem probo quinq3 rationibus. ¶Primo ratione conseruationis. ¶Secundo ratione adimpletionis. ¶Tertio ratione constitutionis. ¶Quarto ratione perfectionis. ¶Quinto ratione argumentationis

¶Primo probo ratione conseruationis q susceptio eucharistie cuilibet est necessaria ad salutem. Fundamentum rationis ponit philoso.primo de generatione t cor.di. Omne viuens q3 diu viuit indiget alimento conuenienti suc nature.patet hec regula. in viuentibus anima vegetatiua:vt puta in plāris. Mā arbor seu planta cum habeat vitam vegetatiuam:ad hoc vt viuat indiget aqua mixta terra prout dicit philo.lib.de vegetabilib9 t plātis.naz habet nutrimentuz suum ab aqua et terra t non ab aqua solum seu solum a terra vnde si careat hoc nutrimento statim moritur hoc idem ēt patet in viuentibus anima sensitiua. Cape que vis aialia seu quas vis aues: semp egent nutrimento cōuenienti sue nature t hoc p eorum cōseruatione seu pro dependiti restauratione.hoc idē patet in vita nostri corporis ad cuius conseruationem t etiā restaurationē illius quod deperditur t cōsumitur et humiditate et caliditate necessario requiritur interpollate continuus cibus t potus:que si retrahis statim deficit t moritur. Et ratio est:q3 calor radicalis t humiditas seu calidum t radicale humidum semper p se consumuntur:t nisi restaurentur per cibuz t potum statim deficiunt t hominem interimunt t ideo propter hoc natura immo diuina sapientia sicut creatis rebus sensibilibus t vegetabilib9 vt puta anime vegetatiue que est formale principium naturalis vite hominum generabilium t corruptibilium dedit potentiam generatiuaz per quam res ab ip sa producta viuens efficitur. Sic etiam dedit potentiam augmentatiuam per quam res genita augmentatur t roboratur:et vltra

hoc dedit nutritiuam per quam nutritur t ineſſe conseruatur quamdiu viuit: quia vt dicit philosophus secundo topicorum anima lia semper nutriuntur aliquo modo. Que simul tria in arbore exēplificantur. Primo natura dedit illi arbori potentiaz generatiuaz i radicem producendi ramos Secundo dedit potentiam augmentatiuam vt.scilicet crescat t augeatur. Tertio dedit nutritiuam et conseruatiuam videlicet terram t aquam ipsam nutrientem t conseruantem quia alter deficeret.Quo presuppoſito q scilicet omne viuens indiget alimento vel nutrimento sue nature conuenienti certum est q cum homo sit compositus corpore t anima:si corpus habet nutrimentum suum aliter deficit si non habet:quia calor naturalis consumeret totum humidum radicale nisi cibo t potu conseruaretur:ergo a fortiori debet habere spiritalis anima suum spiritualem cibum ne deficiat vt conseructur in suo esse spirituali precipue cum anima sit quasi in infinitum nobilior ipso corpore.sed clarum est q talis cibus non potest esse nisi panis spiritualis vita anime dicēte saluatore Jo.6. Panis quē ego dabo caro mea est pro mundi vita.et ibidem ait.Qui manducat meam carnem t bibit meum sanguinem viuet in eternum.Qō si sic est:ergo eius susceptio est necessaria ad salutem.Quod insinuare volens saluator. Matbe.4.di. Non in solo pane viuit homo scilicet materiali.scilicet ſm corpus.sed i omni verbo.i.in sacramento verbi quod procedit et ore dei viuit videlicet ipsa anima.Quā rationem confirmans Ricar.in.4.distin.oc taua argumen.i.questi.4.in cor.q.dicit.Cum queritur an sacramentum eucharistie fuit assumendum conuenienter institutum. Respondeo q sic. Nam conueniens fuit deum inter cetera sacramenta instituere tria: per quorum vnum anima efficiatur viuens vita spirituali t supernaturali t hoc est sacramentum baptisſm Et per aliud in viuente spiritu aliter vita spiritualis augeatur t roboretur:t hoc ē ꝓfirmatiōis sacramētum. Et per aliud viuens spiritualiter in vita spirituali nutriatur perficiatur t conseruetur.t hoc sacramentum eucharistie cuius susceptione indiget viuens vita spirituali quc est vita gratie q3 diu est instatu in quo illam potest amittere hoc ē toto tempore presentis vite.hec Ricar. verbaliter.Quibus verbis patet q ad hoc q homo spiritualiter viuat tria sunt sibi necessaria. ¶Primo potentia generatiua t hoc sacramentum baptisſmi:sine quo non generatur homo spiritualiter seu non posset habere vitam spiritualem dicente saluatore Nicodemo.Jo.tertio.Amen amē dico tibi:nisi quis renatus fuerit denuo nō potest videre regnū dei:dicit ad eum Nicodemus quomodo potest homo nasci cum sit senex nunquid potest in ventre matris sue iterato introire t renasci:et Respondit Jesus.Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua t spiritu sancto:non potest introire in regnum dei.qō natum est ex carne caro est: et quod natum est ex spiritu:spiritus est.hec ibi: Secundo vt spiritualiter homo viuat est sibi necessaria virtus augmentatiua sine qua nequaquam anima posset crescere ita bene in virtutibus et gratia:t hoc est sacramentum ꝓfirmationis.Que confirmatio habet augere gratias t dona christiano.sicut expresse habetur ter. de conse.di.5.c.spiritus sanctus.t.c. nouissime. ¶Tertio deniq3 ad conseruationem spiritualis esse christiani:t ad conseruationem augmēti.ipsius esse christiani.videlz gratia t virtutum necessaria est virtus nutritiua qua ꝓseruetur ineē propterea conueniens fuit diuine sapientie vt sacramentum eucharistie institueret:quo mediante generati in baptisſmo ineſſe vite spiritualis t confirmati in cōfirmatione:in augmento gratiarum possent se in predictis conseruare:quia aliter estus vitiorum t calor originalis concupiscentie sic agerent contra bonorem nostre deuotionis t gratiarum susceptarum q anima ipsa debilitaretur t deficeret Et ideo ꝓpter hoc hic spiritualis cibus est anime summe necessarius: pro eo q illum effectum quez habet cib9 t potus naturalis ad conseruationem vite corporalis t hunc eundem habet hoc sacramentum ad conseruationem vite spiritualis ipsius anime. ¶Secundo hoc idez probo ratione adimpletionis videlicet figurarum. fūdamentum rationis ponit philosophus primo.poli. di.deus nihil facit ociosum in natura sed simpliciter propter finem exēplificā pro vt vis.Quo presuppoſito certuz ē q i veteri lege deus statuit seu premisit multas

figuras et iter ceteras vt habet exodi.12. dedit preceptum de imolatione ⁊ cõmestione agni paschalis filijs israel. Similiter vt habetur exo.16.⁊.17.eisdem pluit manna de celo ad manducandum. peto ergo quo fine premisit supradictas figuras ⁊ certus est q ideo premisit vt post filij dei incarnationem quisq fidelis sub sacramento manducaret ipsum dei filium qui tanquam agnus spiritualis figurabatur per: agnum materialem de quo Joan.baptista Joan.primo ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi: quod si sic est q intentio christi qui deus et homo est: omnino est vt suscipiatur eius corpus: clarũ est q omnino oportet vt quisq illud sumat. Quod si aliter vellet: frustra premisisset figuras quod impossibile est: ⁊ propter hoc etiam rumperet legem figurarum quod etiam impossibile est: precipue cum dicat Mathe.5. Non veni soluere legem sed adimplere: nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: amen quippe dico vobis donec transeat celum ⁊ terra iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiãt ¶Tertio hoc idẽ probo ratione constitutionis seu preceptionis. certum est enim q quisq seruus tenetur in licitis suo principi obedire: a fortiori quisq fidelis tenetur obedire p̃ceptis ⁊ constitutiõibus sedis apostolice. Sz clarum est q sedes apostolica precepit omnib⁹ discretiõe vtentibus extra de pe.⁊ re.ca. omnis vtriusq; seruus. vt semel in anno communicent: ergo non licet alicui per obedientiam sedis apostolice cõtraire. propter q gre go.19.di.ca. Nulli fas. ait. Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolice sedis precepta nec nostre dispositionis ministerium quod vestram oportet sequi charitatem: fit ergo ruine sue dolore prostratus quisquis apostolicis voluerit contraire decretis. hec ille. Item Calixtus papa.12.di.c. non decet. ait. Nulli dubium est q apostolica ecclesia mater est omnium ecclesiarum: a cuius vos regula, ⁊ obedictia nullatenꝰ ducit deuiare sed sicut filius dei venit facere voluntatem patris sic vos voluntatem implete vestre matris q̃ est ecclesia. quicquid igitur sine discretione iustitie contra ius ⁊ disciplinam ecclesie actus fuerit ratũ habere nulla ratio permittit. hec ille. Item Bre.cadez.distinc. ca.preceptis. dicit. ¶Preceptis apostolicis non dura superbia resistatis: sz p obedictiã q̃ a sancta rõana ecclesia ⁊ apostolica auctoritate iussa sunt salutifere implcantur: si eiusdem sancte dei ecclesie que est caput nostrum communionem habere desideratis. hec ille. Item extra de consti.ca.canonum.precipitur. Canonꝰ statuta ab omnibus custodiãtur ⁊ nemo in iudicijs ecclesiasticis suo sensu sed simpliciter eorum auctoritate ducatur. hec ibi. Similis sententia ibidem habetur.c.quoniam. Item extra de ma.⁊ obe.c.siquis.grego. ait. Siquis venit contra decretum episcopi ⁊ sedis apostolice ab ecclesia abiciatur. In lib. Regum legitur. primi Regum 13. Qui nõ obedierit principi. glo.i. pape morte moriatur. Et ibidẽ c.omnes. Clemens ait. Omnes principes terre ⁊ ceteros omnes episcopis obedire: et eorum decretis ¶Petrus precipit Et ibidem.c. illud. Item.tertius ait. Cum spiritualia sint tẽporalibus digniora ⁊ obedientia melior sit q̃ victime ⁊ holocaustum magis q̃ adipẽ arietum offerre: non debet quis pro temporali cõmodo incurrere inobedientie notam ⁊ apostolicis iussionibus contraire. Deniq; grego.8.q.i.c. Sciendum. ait. Si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare. ⁊ quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere sola ẽ que fidei meritum possidet obedientia sine qua quisq infidelis esse conuincitur etiam si fidelis esse videatur. hec ibi. Vltra preceptuꝫ ecclesie tenetur etiam quisq; ex precepto christi hoc sacramentum sumere. Jo.6. dicentis Misi manducaueritis carnem filij hominis ⁊c. Adeo enim hoc preceptum christi vnumquemq; obligat presupposito q sit preceptuꝫ q etiam si ecclesia contrarium preciperet nullus teneretur sibi obedire: quin potius deberet quisq; et teneretur sacramentũ sumere. Sic enim dicitur actuum.5. Obedire magis oportet deo q̃ hominibus. Et extra. de sen.excõi.c. Relatum. extra de voto.c.ex multa.2.ii.q.3.c.quisquis plus deo q̃ homini deferendum est. immo extra de resti.spo.c.litteris. dicitur. Obediendum non est in his que sunt contra deum sed magis excõmunicationem humiliter substinendum. Similis sententia pont.ii.q.3.c. figs episcopi ⁊ duob⁹ c.sequentibus. Item.16.q.3.c.licet. Ex quo duplici precepto patet qualiter quisq; de necessitate salutis tenetur hoc sacramentum

benote suscipere. Si autẽ forte quereres quare deus non instituit hoc sacramentum esse sumendum tempore legis nature: ⁊ tempore legis scripture sicut fecit tẽpore legis gratie. Rel.sm Rirca.in quarto. di.8.argu.i.q. 4.in solu.secundi argumenti. Et etiam sm rtho.in quarto.di.8.ar.3.q.2.⁊.ar.4.q.2.q boc sacramentum non debuit institui tempore legis nature nec tempore legis scripture: sz solum tempore legis gratie. scilicet post esum ligni vetiti: quod tali ratione ostendo. Sacramentum eucharistie non potuit institui antequam verbum incarnatum. Sed verbum incarnatum non fuit ante aduentum christi in carne. Cum ergo primis parentibus statim peccantibus verbum in carne missum non fuerit nec mitti debuerit ob errorem peccati cõmissi ergo ⁊c. Sed forte arguens in oppositũ tali ratione. existente morbo statim fuit necessaria medicina: sed medicina spiritualis in remedium morbi proueniens est corpus christi ergo ⁊c. Respondeo duobus modis. ¶Primo q duplex est medicina. scilicet spiritualis ⁊ alia sacramenti eucharistie. ¶Prima autem est penitentia ⁊ talis existente morbo per necessaria fuit vel in actu vel in habitu. Secunda scilicet sacramenti eucharistie non potuit esse ante aduentum christi in carnem Scõ Rñdeo q medicina spũalis p̃ peccatũ ẽ duplex. vna verbi dei. ⁊ ista sp fuit. habuerat enim sẽper verbum aliquod vel interne ispirationis vel doctrine exteriozis vel spiritualis consolationis sustentãs eos in via. Verbum autem incarnatum quod est viaticum perducens ad patriã nõ debuerunt hñe añ tẽpus proueniendi in patriã: qõ non fuit eis cõcessũ in peccati detestationẽ. ¶Secundo dico q nõ debuit institui sacramẽtũ tẽpore legis scripte. s. moysi qõ tali ratione ostẽdo. ler amoris ⁊ ler timoris respectu eiusdem non cõpaciuntur se simul. Sed ler vetus erat ler timoris. ler aũt noua. s. euangelij ẽ ler amoris cum ergo eucharistie sacramentũ sit amoris vel charitatis ergo ⁊c. Sz forte argues in oppositũ sic: sacrm eucharistie est sacrm amoris vel charitatis. Sz populus hysrael fuit deo dilectissimus. vnde dicit exodi. 4. filius meus primogenitus hysrael ergo ⁊c. Respondeo duob⁹ modis. ¶Primo q fuit dilectissim⁹ pro illo tẽpe ꝓparatione alioꝝ populoꝝ qui hydolis seruiebãt nõ cõparatiõe noui testamẽti. de quo dr. j.pe.1. Vos estis gens sancta gen⁹ electũ regale sacerdotiũ ⁊ pp'lis acquisitionis. ¶Secũdo dico q pp'lis noui testamenti nõ excludit ab illo priuilegio amoris ratiõe cui⁹ hysrael primogenitus dicebat. s. ratiõe ꝓmisse hereditatis. Immo ex hoc ẽ magis dilect⁹ a deo eo q nõ ẽ elect⁹ ad hereditatem terrenã ⁊ temporalem vt populus hysrael sz ad celestẽ ⁊ etnã. ¶Tertio dico q debuit institui solũ tẽpore legis gratie. s. post aductum christi in carne ⁊ non ante vniri. rõe vz excellẽtie. Mã sacrm eucharistie pre ceteris plenitudinẽ gratie continet: propter qõ. i.q.i.c. multi. dr eucharistia grece latine bona gra interpretatur. Sed certus ẽ q tempus plenitudinis grati e ab incarnatione xpi incepit ⁊ non ante. vnde ⁊ Joan.primo dicitur. de plenitudine eius gratie omnes accepimus: ergo per supradicta oia bene cõcluditur q non tempore legis nature, nec tempore legis scripture. sz solum tempore legis euangelice debuit hoc sacramentum institui: ⁊ de ipso sumendo veris fidelibus preceptum dari. ¶Quarto etiam probo ratione perfectionis q̃ susceptio sacramenti cuilibet adulto est necessaria ad salutem. fundamentum rationis ponit boetius in suo libro topicorũ di. ¶Principia rez naturaliter sunt suis effectibus perfectiora. pz hec regula. Mã papa ⁊ si hãc pfectionẽ habet q conficerat episcopos. tamen eis non cõmunicat auctoritatez cõsecrandi alios i episcopos. Similiter mare magis retinet apud se de aqua quã cõmunicet ceteris fluminib⁹ hoc idem facit sol in cõmunicationẽ lucis et ga lunã ⁊ sydera. Quo p̃supposito peto an q lz dñs ⁊ dña hñtes seruos ⁊ seruitrices seu qlz tutor hñs pupillos tenentꝰ hñe hãc pfectionẽ charitatis vt iducãt rõnabiliter q̃tũ pñt filios ⁊ filias ⁊ seruos ⁊ seruitrices famulos ⁊ pupillos sub pena peccati mortalis ad susceptionẽ huius scrñ. Et certũ ẽ q sic. ⁊ ratio est q Mathe.22. precipitur; vnicuiq; vt diligat proximum suum sicut seipsum. Quod si eos ad hoc non inducunt faciendum: nequaquam diligunt predictos proximos sicut seipsos cum non consulant eos ad salutez animarum suarum. propterea ecclesiasticus.7. sapiens ait. Fili, nbi sunt: erudias eos: ⁊ incur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na illos.sad suscipiendum hoc sacramentuz. Accipite o parentes exemplum a bestijs vt puta a canibus ab aubus ab asina ⁊ ceteris que tantam habent curā vt filios suos corpo raliter bene nutriant: ⁊ si illi habent curam de corpore:multo magis tu de anima filiorū tuorum curam habere debes. Sed heu. Ecce ſm Bernar.q si cadit asinus in foueam: statim paterfamilias subleuat cum:si autem filius eius cadit in foueam transgressiōis dominici ⁊ ecclesiastici precepti vt puta quādo non confitentur nec cōmunicant:claudit oculos tacet nec subleuat eum per inductionem ⁊ correctionem. Ecce pater quia plus amas asinum q̄ filium.Taceo de cura maria quā habes in nutriendo corpus filij tui.nam duz tener est trahis eum per manus:tecum ducis amplectaris ⁊ obscularis:dum vero magn⁹est omnia dispositionis erga eum vt tantum appareat coram mundo vno bello pezo de carne nec curas facere illum canonicum Abbatem doctorem armigerum comitē militem ⁊c.huiusmodi.Hec omnia sibi facis ,p mondi honore ⁊ pro sui corporis delectatione:ſz de salute aic sue nihil ,pfecto queris ac si in totuz esset animal irrationale. Hoc idez dico de medicis circa egrotos:quia si graviter stant tenentur eos inducere sub pena excōmunicationis ad susceptionem sacramentorum:sicut expresse habetur tertus extra de pe.⁊ re.c.cum infirmitas.Et nota qō dixi q tales supradicti debent induci ⁊ nō cogi:quoniam nihil potest esse bonum nisi sit voluntarium:vt habetur.20.q.3.c.presens. ⁊ insup qz coacta seruitia deo non placent sicut dicitur 20.q.1.c.Illud.23.q.6.c.ias vero.25.di.c. de iudeis. Mis ꝑmissis si supradicti tenent supradictos inducere ad susceptionez dominici sacramenti:multo magis incomparabiliter tenetur habere hanc perfectionē charitatis erga seipsos precipue cum philosophus .9.ethi corum dicat .Quod amicabilia que sunt ad alterum ꝓius insunt amicabilibus que sunt ad seipsum.Et Augu.libro de doc.christiana dicit.Regulam diligendi proximum a seipo ꝓius dilectio accepit. Sed heu quid dicam de illis qui non cōmunicāt:nec filios nec seruos ad cōionem inducunt:tales profecto duplex mortale comittunt. Quāplurimū tamē accidit q̄ filij ⁊ serui non cōmunicant: quia patres ⁊ dominos cōmunicare nō videt. Unde .j.q.4.c.ecclesia.dicitur.Aliquando ꝑ nefarios prelatorū depranatur vita subditorum vt plato suis subditi sanctes ad malum cum illis simul corruāt:sicut filij isral diu peccata sacerdotum portantes:tandem cum eis in manibus hostium ceciderūt.hec tbi. Et Innoc. tertius extra de voto ⁊ voti redemptione.c. magne.ait.Quod enim agitur a prelatis sacile trabitur a subditis in exemplū.hec ille. Tales conuenit q̄ Nico.papa allegans Hie. ij.q.3.c.precipue.ait.Scire plati debēt quia si peruersa perpetrant tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditiōs exēpla trāsmittunt. Unde necesse ē vt tāto cautius secustodiant quāto per prava que faciunt non soli moriūt.hec ille. Quito hoc idē ꝓbo rōe argumentatiōis q̄.ſ.ſi q̄z deuote dz sumē sacramenta eucharistie.peto ḡ an qs sumeret cibū materialez pro vitāda aliqua infirmitate grauissima ⁊ certum est q̄ ſicta fortiori quisq; teneretur sumere sacram eucharistiam ne anima sua ſpirituales infirmitates recipiat ⁊ diuersimode letaliter vulneret. Nā.x.vulnera grauissima infligūtur anime eucharistiam sumē nolenti. Quorum ¶ Primū dicitur vulnus offensiōis. ſ Secz dicit vulnus mortificatiōis. ſ Tertiū dicit vulnus priuationis. ſ Quartū dicit vulnus scandalizatiōis. ſ Quintum dicitur vulnus excōicatiōis. ſ Sextum dicitur vulnus exclusionis. ſ Septimum dicitur vulnus inabsolutionis. ſ Octauū dicitur vulnus sepelitionis. ſ Nonū dicitur vulnus certificationis. ſ Decimuz dicitur vulnꝰ exorationis. ¶ Primū vulnus quod infligitur anime sacramentuz cōtenenti dicitur offensionis.vz sedis apostolice:cui non obedit. Nam talis cōmittit illud grauissimuz peccatum inobedientie ꝓ quo Adam ⁊ Eua expulsi fuerunt a paradiso:⁊ per cōsequēs totū mundum contaminauerunt:de qua gravitate peccati inobedientie .Grego.papa.8i. di.c.ſi qui sunt presbyteri .ait.Qui vero huic precepto saluberrimo obedire noluerit ydolatrie peccatuz incurrunt. Samuele teste instruente ¶ Peccatū arriolādi ē nō obedire ⁊ scelus ydolatrie non acqescē.i.ſt.15. ¶ Peccatū igitur paganitatis incurrit quisq; dum christianuz se esse asserit sedi apostolice obedire contēnit ꝺ ille. ¶ Secz vlnꝰ qō infligit aic sacrz ꝓcipē

ti dicit mortificatiōis. Nam talis anima spiritualiter moritur:quia sicut corpus sine materiali cibo moriſ:sic anima sine cibo sacramenti.Et ideo Ezech .18.dicit. Anim que peccauerit ipsa morietur . Et glo. super verba luc.12.ignem veni mittere ⁊c.ait.Sicut aq̄ extinguit calorem ignis:sic peccatum extinguit in anima feruorē diuine charitatis: quo modo enim charitatem in se habet qui in hospitio anime non vult recipere suum saluatorem. Jō 2Mat.25.in iudicio dicet.hospes eram ⁊ non collegistis me. ¶ Tertium vulnus qō infligitur anime sacramentuz contenenti dicitur priuatiōis.certum est enim vt habetur extra de etate ⁊ qualitate ordinandorum.c. cum bone.q̄ qui non obedit pape ⁊ sedi apostolice:merito priuatur omni officio atq; beneficio:a fortiori ipse christus q est iustior pape ⁊ sede apostolica priuat contēnentem eucharistiam omnibus suis meritis. Sic enim dicit extra de re.iudi. in regula desleat. Desleat peccator qz offendens in vno factus est omnium reus. Et ecclesiastes.9. dicitur. qui offendit in vno multa bona perdet. ¶ Quartum vulnus quod infligitur anime sacramē tum contēnenti dicitur scandalizationis: talis non communicans profecto scandalizat omnes vicinos ō terra vel ciuitate ⁊ ideo tot penas meretur quot personas scandalizat. Sic enim dicit Jeroni.j.q.i.c. Si quoscunq; Quicunq; inquit vitam suam in scandalum populi inducunt:rei sunt omnis infidelitatis eorum qui scandalizant hec ille.propterea saluator 2Mat.18.ait.Qui scandalizauerit vnuz de pusillis qui in me credunt ⁊c.⁊ subdit vbi homini.illi ⁊c. ¶ Quintum vulnus quod infligitur anime sacramentum contēnenti dicitur excōmunicationis.Scōm enim hostiē. in.c.omnis vtriusq; sexus.de peni.ē.⁊ remi. Siquis presbyter habet parrochianuz nolentem communicare neq; confiteri. Primo illum arguat opportune.scilicet illum mundo. Secundo importune.scilicet corripiendo suspendendo ⁊ interdicendo. Tertio autez crescente contumatia debet excommunicari vel superiori denuntiari:⁊ de hoc habetur expresse ter.di.18.c.decernimus.di.34.c. quoundā ij.q.3.c.Si aūt.⁊.c.sc.32.q.5.c.ꝓceptū. ¶ Sextus vulnus quod infligitur anime sacramē tum contēnenti dicitur exclusionis.Quicunq; non cōmunicat debet omnino ab ecclesia excludi nec debet permitti q̄ cum alijs fidelibus ecclesiam ingrediatur ꝓ missis vel officijs audiendis. Unde de peni.⁊ remiſ.c.omnis dicitur. Non cōmunicans viuens arceatur ab ingressu ecclesie. Similiter de consec. di.secund.c.si quis intrat.dicitur.Qui aucrtit se a cōmunione talē decernimus ab ecclesia esse proijciendum. ¶ Septimum vulnus quod infligitur anime sacramentum contēnenti dicitur inabsolutionis . Quicunq; confitetur semel in anno ꝓut iniungit ecclesia: ⁊ non proponit sumere corpus christi adminus semel in anno:talis confessio est inutilis ad salutem nisi forte in casibus licitis quādo scilicet differtur ipsa cōmunio ,p rationabili causa.⁊ ratio est quia vtrunq; precipitur sub peccato mortali. Si igitur confiteris ⁊ cōmunicare non vis: disponis te ad non obediendum ecclesie et sic remanes in mortali peccato ⁊ absolutio non valet ad salutem. ¶ Octauum vulnus quod infligitur anime contēnenti sacramentum dicitur sepelitionis Quicunq; non cōmunicant in pascha si decedunt sine signis penitētie nequaq̄ debent sepeliri in ecclesia. Unde in dicto.c.de peni. ⁊ remiſ.c.omnis.dicitur.⁊ moriens careat ecclesiastica sepultura.Quia enim tales vt bestie vixerunt:ideo sepultura non sacra sed bestiarum eis debet:propter qō Jere.22.dicitur sepultura asini sepelietur:⁊ hoc ad eorum cumulum dānationis ꝓ vt habetur.23. qōne ij.c.cum grauia.⁊.c.quibus.⁊ ratio quare nō debēt sepeliri est:quia.13.questiōe.2.c.non esti memus.dicitur.Deuote sepulture officium: bone fidei est testimonium.Et ideo ne clerici ⁊ seculares sint falsi testes prohibentur sub pena peccati mortalis ne intersint eorum sepulture sicut habetur expresse extra de raptoribus.c.2. Et quod plus ē si in loco sacro sepulti fuerunt tales:quicunq; cognoscerit ossa eorum tenetur sub pena peccati mortalis illa erbumare sicut expresse habetur ter.extra de sepultu.in.c.sacris.Et si ecclesia vel cimiterium erant consecrata fuerunt violata: ⁊ ideo oportet ea iterum reconsecrari ⁊ reconciliari sicut habetur extra de consecrecclesiarum.c.cō suluisti. ¶ Nonū vulnus quod infligitur anime sacramentum contēnenti dicitur certificatiōis. Quicūq; non cōmunicat habet cer-

titudinem de eterna morte:sicut qui medicinam spemit certitudinem habet de corporali. Et hoc ſm Alexandrum de ales in.4.qz talis in hoc sacramento.4.bona excellentissima continet. ¶Primo presentiam saluatoris Scdo memoriã humane redẽptiõis. Tertio abundantiã diuine charitatis. Quarto medicinam propie infirmitatis. hec Alexander.

¶Decimũ z vltimũ vulnꝰ qđ itligitur aie cõtenenti sacramentum dicitur erozationis. Quicunqz non cõmunicat si moriatur sine signis penitentie nullus potest pro eo publice erozare:imo si quis publice pro ipo aut dicũt missas z officium aut dicere facit vterqz moztaliter peccat cum sit contra preceptum ecclesie.sicut habetur expresse.de spon.c.ad audiẽtiam. Et extra de sta.monaco.c.j.z.c. cum super quodam.extra de sepultu .c.cr pte parentum. Et extra de furtis.c.2. Item.13.q.2.c.pro obeuntibus.c.non extimemus.z.c.de quibus Et.23.q.5.c.placuit.Deniqz extra de sentenz. excõmuni.c.a nobis.scdo. Et.c.sacrif. dicitur Quibus cõmunicamus in vita debem⁹ cõmunicare z in morte:sed quibus non cõmunicamus in vita nec i morte cõmunicare debemus.s.per suffragium orationum.ideo. J. Jo.5.dicitur. Est peccatum ad mortem non dico vt pro eo quis roget. ¶Proinde in figura.Mat.secundo dicitur.vox in rama audita est. Et sequitur quia non sunt. Rama excelsum interpretatur z significat quando altercantatur missa vel officium pro sic defuncto. Rachel.aũt.i.ecclesia ploraz z non vult consolari idest non acceptat orationes:z hoc qz non sunt scilicet in purgatorio vel in loco meritorio. Et predictis igitur.5.rationibus patet qualiter quisqz de necessitate salutis tenetur saltem semel in anno eucharistiam deute suscipere. ¶Quarto deniqz hoc idem probo figuris.primã figuraz habemus de agno paschali. Qui vt habetur Exo.12.debebat ex pcepto a filijs israel semel in anno mãducari: z significat. Quicũqz vult esse verus christianus saltem debet semel in anno christuz qui agnus est vt habetur Joã. primo sub sacramento suscipere.propter qꝺ Inno.tertius inquibusdam sententijs sic dicit. Necessario quippe a nobis sumendus est agnus vt a vastãte angelo protegamur nec exire possumus de egipto nisi celebrando pbase paschalẽ agnũ edamus.hec ille. Aliam figuram habemus genẽ septimo.vbi legitur qꝺ tẽpore diluuij nullus extra archam noe salutis fuit:ergo a simili nullus saluari potest nisi ecclesie dei coniũgatus per susceptionem dominici sacramẽti. ¶Proinde Mat.22.ponitur de hoc similitudo vbi dicitur.Quod cũ quidam rex pres inuitasset ad nuptias filij sui illi vero venire cõtẽpsissent:z vltra hoc eius seruos occidissent stati rex missis exercitibus suis perdidit oes homicidas illos z succendit omnes ciuitates eorum igni.Qua similitudine datur intelligi qꝺ quicunqz non accedit ad cenam agni ꝓuidi.i. ad susceptionẽ dominici sacramẽti ad quã ipse christus omnes inuitat Mat.ij.di. venite ad me omnes q labo.z one.estis:z ego re.vos.s.hoc sacramento:perdet eos omnes atqz succẽdet in eternaz gehẽnam. Et predictis igitur auctoritatibus distinc. rationibus atqz figuris patet:etiam de realitate dominici sacramenti sua necessitas. Vbi ostensum fuit qliter nullus adultus saluari põt nisi deuote sacram eucharistiã susceperit. Rogem⁹ ergo dominũ iesum christum vt nobis omnibus cõcedat digne ipsuz recipere.Qui cr immẽsitate amoris seipsum nobis in cibuz prestare dignatus est. Qui viuit z regnat deus bñdictus ꝑ infinita secula seculorum Amen.

¶Feria quarta post dñicam oliuarum. Jaz de septima excellentia ipsius sacratissime fidei:seu de realitate dominici sacramenti.

Accepto pane

gratias egit z fregit z dedit eis di.hoc est corpus meum qđ ꝓ pro vobis tradet hoc facite in meã cõmemorationem. Scribuntur hec verba.luc.22.c.z in passiõe occurrẽtis scric.Declaratis duabus primis cõclusionibus dominici sacramenti spectabiles ciues yz eius veritate atqz necessitate:habeo in pñti tertiã eius conclusionem singulariter declarare que dicitur conclusio specialitatis.Cuius tertie cõclusionis declaratio talis erit.

¶De tertia cõclusione dominici sacramenti que dicitur conclusio specialitatis.

Tertia igitur cõclusio. de realitate dominici sacramenti in ordine declaranda dicitur cõclusio specialitatis. Quãuis in precedenti sermone ostensuz fuit ꝙ oẽs de necessitate salutis tenentur saltẽ semel in anno sacram eucharistiam suscipere.hoc intelligendũ ẽ simpliciter de his q habent dignam dispositionem ad suscipiẽdum tñ sacramentuz.Quoniã igitur vt dicitur.2. de anima actus actiuorum nequaq̃ insunt nisi in paciente seu subiecto bene disposito. Hinc est ꝙ multi habent varias indispositiones huic sacramento prorsus contrarias Et ideo intendo in spẽ de ipsis tractare ostẽdendo ꝙ cristentes in tali statu: debent omnino a ꝓceptione sacramenti se abstinere:cuz digne non possint suscipere ucharistiam sicut dictum est. Vt igitur quisqz sciat z intelligat quot sunt specialiter illi qui nequaq̃ cõmunicare debent sed prorsus cõmunio ẽ eis deneganda: conclusionaliter tenendum est ꝙ inter ceteros.12.sunt genera hominũ z personarum que succesiue z seriatiz inferius declarantur:qui nequaquã hoc sacramentuz sumẽ debẽt seu qb⁹ẽ cõio omnino deneganda. ¶De.12.generibus personarum que debent omnino abstinere a cõmunione.

Primum igitur genus hõiz z personarũ quod digne cõicare non potest imo cui ẽ omnino cõmunio denegãda.sunt omnes illi qui generaliter actu vl habitu seu proposito sunt in aliqua mortali culpa. Vnde regulariter nullus existens in moztali culpa hoc sacratissimum sacramentuz sumere debet.Quod quintuplr probo. ¶Primo auctoritatibus. ¶Scdo distinctionibus. ¶Tertio rationibus. ¶Quarto figuris. ¶Quinto exemplis. ¶Primo probo auctoritatibus ꝙ quisqz debet esse mundus a mortabili culpa:aliter non debet presumere tñ sacramentuz suscipere. Vnde apostolus prime ad cor. ij.dicit.probet autem seipsum homo: z sic de pane illo edat.zc. Et ille. si.iudi. man.z bibit.glo.ac si christum occideret punietur. Itẽ Aug.super Jo.ait.Nullus spiritualiter christum mãducat nisi qui innocẽtiam ad altare portat. ¶Portet igitur vnusquiqz mundã conscientiam ad sacramentum ne si immũdam portauerit in eum sathanas tanq̃ alterũ Judam ingrediatur.hec ille. Item Mat.7. saluator ait.Nõ ẽ bonũ dare sanctũ.s. sacramẽtuz canibus.i.eis qui viuũt vt canes:nec mittere margaritas ante porcbos.i.ante eos qui viuunt vt porci. Item Alexander papa de cõsecra.di.2.c.nihil.ait.Nihil in sacrificijs maius potest esse qꝫ corpus z sanguis christi:nec vlla oblatio hac potior est sed ꝑ omnes precellit que pura conscientia domino offerenda ẽ z pura mente sumenda atqz ab omnibus venerãda:z sicut potior est ceteris ita potius ertolli z venerari debet.hec ille. Et quibus auctoritatibus patet ꝙ nullus cum conscientia peccati mortalis accedere debet ad sumẽduz hoc sacramentum. Scdo hoc idem probo distinctionibus:z primo distinctione Ric.i.4. di.9.ar.2.q.j.in cor.q.dicentis.Cum queritur an cristens in peccato mortali debeat sacramentum suscipere. Respondeo ꝙ non qz cũ nihil in sacrificijs sit preciosius hoc corpore debẽt pura mente venerari:z ideo volens accedere ad hoc sacramentum debet eranimare cõscictiam suaz ſm apostolum.j.cor.12.z si videat se eẽ i peccato mortali.s.qz videt se nõ penitere de peccato mortali iam cõmisso vel esse in proposito aliõ ꝓmittẽdi:z si in tali statu homo suscipit sacramentuz moztaliter peccat propter irreuerentiã quam facit sacramẽto z rei contenter:z ẽt qz est ecclesiastici precepti transgressor. Ille etiam q ſm rei veritatẽ nõ est in peccato mortali credit tñ esse:si cum tali cõscientia hoc sacramentuz suscipit moztaliter peccat:qz est reuerentie sacramẽto debite contempto. Si autem non videt se esse in mortali peccato nec credit:z ramẽ est:aut hoc prouenit ex omissiõe debite diligentie in eraminãdo cõscientiam:z tunc dico ꝙ moztaliter peccat nõ tñ ita graviter sicut primus Aut nõ prouenit ex omissione debite diligentie in eraminando conscientiam quã tenetur homo adhibere:sed qz homo de lege cõmuni certus esse nõ potest vt ꝓpenitcat digne ꝛz illud eccl'iastes. Nemo scit vtz odio an amore dignus sit ecclesiastes.9.z sic accedens in peccato mortali ad susceptionem huius sacramenti non peccat moztaliter sed consequitur remissionem latentis peccati. Aliter enim quandocunqz homo hoc sacramentum susciperet:exponeret se periculo peccati mortalis quod falsum est.hec Ricar.verbaliter. Aliaz distinctiõz põit Tho.i.4.di.9.ar.j. Et ẽt petr⁹

de tarañ ibidem circa. secundum problema. ar. p. d. Cum queritur inquiunt an mortaliter peccat qui sacramentum suscipit cuz conscientia peccati mortalis. rcspondemus q; sic Mā habēs conscientiaz peccati mortalis qō non dimittere proponit peccat mortaliter duplicitcr. s. corpus christi sumēdo t non sumendo. ¶Primo peccat nō sumendo tēpore ab ecclesia constituto eo q; est inobediens precepto pape. Secundo peccat sic accedens ad sumendum eo q; talis indigne accedit Mō q; peccat cr eo q; facit quod papa mandat ad quod tenetur: quia nullus cum facit ad quod tenetur non peccat. Sed talis ideo mortaliter peccat q; malo modo cōmunicat nec in super peccat cōmunicans cū conscientia peccati mortalis q; res sit mala quam recipit sz q; ille malus male recipit qō ē er se optimu. scilicet corpus christi. vnde cum corpus christi sit de maximis bonis: nullus peccat q; re bona vtitur sz q; malo modo ea vtitur sicut virtutibus que sunt de maxime bonis aligs male vtitur non q; actus eliciendo sit malū sz de eis superbiendo t gloriādo. veruntamē talis manente proposito peccādi minus t letius peccat corpus christi non sumendo q̄z sumendo: t ratio est q; illud quod est malum fm se ē maius malum q̄z illud quod malum q; prohibitum. Modo igitur sic est q; sumere corpus christi cum conscictia peccati mortalis est simpliciter fm se malum. non sumere autem in festo pasche non ē fm se malum sed solum q; hoc est contra preceptum ecclesie: vnde prius debet se quisq; ex cōmunicari permittere q̄z cum peccandi proposito corpus christi velle suscipere. hec tho. t ¶Petrus Aliam deniq; dixti. ponit. Ricar. in. 4. di. 9. ar. 3. q. i. in cor. q. di. Cum queriur an existenti in peccato sacerdos peccat dando sibi sacramentum. Respondeo q; ille quē sacerdos sit esse in peccato mortali: aut nō petit eucharistiam sibi dari: t tunc distinguo q; aut suū peccatum mortale ē occultum aut manifestū Si manifestum tunc sacerdos sibi dando cu charistiaz peccaret quia contra ipsum habet exceptionem quam sibi publice obicere pōt t accipio hoc manifestum pro omni eo quod probari potest quod magis proprie dicit manifestabile q̄z manifestum. Vnde si sacerdos sciret parochianum suum esse in crimine qō contra eum posset probari legitime ita q; illud crimen nescirent cum ipso nisi duo. vel tres testes: per quos hoc probare posset: nō propter hoc deberet eucharistiam negare illi in publico petenti q; iam inferret sibi penaz ante criminis probationem quod fieri non debet. ii. q. 3. c. cozum. Sed accipio hic manifestum pro notorio. Est autem peccatum notorium vel per fniam vel per confessionem factam in iure aut euidentiam rei que tergiuersatione aliqua celari non potest. extra de coha. mulierū. c. vl. Si autem peccatuz suum est occultum aut petit in occulto: t tunc sacerdos sibi dando peccaret: quia habet contra eum legittimam exceptionem quam sibi in occulto obicere potest: t ipsum debet monere ne petat in publico vt habetur de consc. di. 2. ne prohibeat. aut petit in publico t tunc sacerdos sibi dare tenetur quia contra eum non habet legittimā exceptionez quam ei in publico obicere potest. extra de offi. ordi. Si sacerdos. Et infra in solu. vlti. argumenti sic iungit di. Caueat tamen sacerdos ne sic petenti in manifesto det hostiam non consecrataz simulans sibi dare corpus christi: quia si hoc faceret grauissime peccaret. daret enim sibi t populo occasionem hydolatrandi quātum in se esset. Ex predictis dixt. patet quaſ ter nullus existens in peccato mortali accedere debet ad hoc sacramentuz. Tertio hoc idem probo. quinq; rationibus. ¶Primo ratione augumentationis. ¶Secundo ratione profectionis. ¶Tertio ratione argumentationis. ¶Quarto ratione comparationis. Quinto ratione incursionis. ¶Primo probo ratione augumentatiōis. s. peccati Nam communicans in mortali augmentat peccatum suum nouum. scilicet peccatum cōmittendo Fundamentum rationis ponit. tho. lib. tertio contra gentiles. allegans quandam sententiam cōmentatoris in lib. de substantia orbis t di. corruptis potentijs earum obiecta eis plurimum sunt nociua. patet hec regula in oculo. Maz si potentia visiua egra fuerit eius est q; visio aeris t solis que primo erāt sibi delectabilia dicēte salomōe ecclesiasticcii. Dulce lumē t delectabile est oculus videre solem sibi fiet nociua ad videndum pro eo q; potentiā visiuā contristant t magis debilitant. Simr potentia gustatiua cui cibus

prius erat delectabilis: si infirmet t detur ei optimus cibus: statim auget sibi tristitiam t dolorem. Que duo confirmans August. ait pallato egroto pena est panis: qui sano est suauis: t oculis egris odiosa est lux: que sanis est amabilis. ḥ ille. Cui concordās Jo. os auri. ō conse. di. 5. c. nihil. aut. Nihil sic iocundum est sicut cibus bene digestus aut decoctus: nihil sic salutem nihil sic sensus acumē operatur: nihil sic egritudinē fugat sicut moderata refectio. Sufficictia quippe cum nutrimēto t sospitatē sil procreat t iocūditatez: abundantia vero superflua morbuz facit: molestias ingerit t egritudines generat: quod enim facit fames hoc ēt plenitudo ciboz magis aut mlto peioza. fames quippe in paucis diebus aufert hominē t liberat cr hac vita penali: excessus vero ciborum consumit t conputrescere facit corpus humanuz: t macerat egritudine diuturna: t tūc cū morte crudeli extinguit. hec ille. Et Boe. prosa. 5. scdi libri sic ait. Si q; nature satis est replere indigentē velis. nihil est q; fortune affluentiā petas: paucis eni minimisq; natura contenta est: cuius satietatez si superfluis vrgere velis: aut in iocundū fiet quod effuderis aut noxiuz. hec ille. Et ecclesiastici. 37. di. Jn multis escis erit infirmitas t auiditas appropinquabit vsq; ad colerā: propter crapulam multi perierunt: qui aūt abstinens est additiet viram. Quo presupposito q; sz potentie corrupte etiaz propriū obiectum auget dolorem: certuz est q; anima habet pro obiecto cibi sui t potus spiritual corpus christi: dñe saluatoze Jo. 6. c. Caro. m. vere est cibus. t. s. m. v. est. p. Si igitur anima ē spiritualiter infirmata per peccatum: t habet cibum spiritualez. videlicet corpus christi suscipit: cōcluditur q; a simili auget tali anime dolorem t infirmitatem: quia. s. addidit peccatum peccato. quod egregie cōfirmans Crisō. omelia 5. super Mat. dicit. Sē corporalis cibus cū ventrem inuenerit aduersis ptrarijs vel infectis humoribus occupatū: ampliꝰ ledit: magis nocet: t nullum prestat auxilium: ita etiaz iste cibus spiritualis si aliquem reperit malignitate polutum: magis eum perdit non sua natura sed accipientis vitio. hec ille. Et Jsidorus li. de sūmo bo. t ponitur de consecra. di. 2. c. Qui scelerate ingt viuūt i ecclesia dei t cōmunicare non desinunt putantes se tali cōmunione mundari: discant nibil ad emundationē proficere sibi dicēte propheta. Quid est q; dilectus meus fecit scelera multa in domo mea: nūquid carnes sce auferēt a te malitias tuas? Et apls igt. ¶Probet seipm hō t sic de illo pane edat tc. hec ille. Et de consc. di. 2. c. q; discordat a christo: nec māducat carnē eius nec sanguinez eius bibit: t si tāte rei sacramentuz ad iudiciū sue perditiōis quotidie accipit. Et idem. c. qui māducant. dicitur. Qui accipit hoc misterium charitatis t vnitatis t non tenet vinculum pacis: non sacramētum accipit pro se: sed testimonium cōtra se. Deniq; eadem. di. c. t scā. dicitur. Et sancta malis possunt obesse: nā bonis sūt ad salutez: malis aūt ad iudiciū. vnde apls. Qui manducat t bibit indigne tc. non q; illa res mala est sed q; malus male accipit quod bonū est. Mō enim mala erat bucella que iude a dño data est. Saltez medicus dedit: sed q; ille digne dedit ille indignus erat: accepit ad perniciem. ḥ ibi. Si aūt quereres cur xps corpus suū sanctissimum Jude tradidit quē iaz nouerat, pditorem t per qō sciebat ipsum incurrere nouā culpam. Ad ḥ Respōdet Alex. de ales in. 4. parte sūme. in tractatu de sacramēto. Et etiam Tho. in. 4. di. v. q; hoc fuit cōueniēs triplici respectu. ¶Primo respectu sue sapictie. ¶Scōo respectu sue mīe. ¶Tertio respectu sue iustitic. ¶Primo respectu sue sapiētie. Et ḥ duplici ratione. pria est pp documentuz nrm vt. s. discam⁹ t nos bñ facere imitcis nostris. nam dñs carne sua ,ppria Judā ,pditorē cibauit: vt habetur. j. q. j. c. xps ad qō facit. i. q. j. c. aduersitas. vt mēbra sua instrueret q; etiam inimicis bene facerent. Quod t Mat. 5. pcipit di. bene facite his qui oderūt vos. Et ,puer. 25. dicitur. si efuerierit inimicꝰ tuus ciba illum: si sitit potum da illi. Secunda ratio est propter exemplum. Nam er hoc exemplum dedit q; sacerdotes etiaz peccatoribus secretis ne eos scandalizent: debent in publico sacramentum conferre. ¶Secundo fuit ꝯueniens respectu sue misericordie t hoc duplici ratiōe. ¶Prima est propter reuocationem eius a malo. bene. n. debuit miser ille ex consideratiōe diuine bonitatis q̄ maxime in hoc apparuit q; illi tradidit corpus suū a malo proposito reuocari: t virtute tanti sacramēti meliorari: sed ille sponte aurit peccatum. Vnde debuit sibi auxilie meritum. Secūda ratio est propter promotionem in bono de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

buit enim fieri melior ex tribus. ¶Primo ex timore diuine cōminationis que exprimitur Mat.26.vbe homini illi.rō. Secundo ex munere collationis sacramenti gratie:nihil enim sibi maius conferre poterat q̄s seipsum. ¶Tertio ex honore conformis dispensationis: magnum enim honorē exhibuit illi dominus di dispensando corpus suum ei sicut ceteris apostolis. ¶Tertio conueniens fuit respectu fue iustitie:r hoc quantum ad duo que ei sunt inflicta. ¶Primum est augmentum culpe.cquoeni p tantū beneficium a malitia cōcepta cessare noluit:iusto dei iuditio punitus est lapsu culpe grauioris.s.desperatiōis. Nam Mat. 27.dicitur. Et abiens laqueo se suspendit.ꝓterea.apocalipsis vltimo dicit. Qui in sordibus est sordescat adhuc.glo.etiam quedam ad Roma.primo ait. Strictissimo dei iuditio fit vt peccata peccatis puniantur. ¶Secundus est retributio sue dānationis. Maz ex ingratitudine tanti beneficij euidētior apparet diuina iustitia in dānatione eiusdem. Secundo etiam probo ratione perfectionis.q.s.nullus suscipere debet sacramentum cuz mortali culpa pro eo q̄ talis susceptio nihil proficit ad diuinam gratiam acquirendā. Fundamētū rōis pōit philosopus in.j.phisicoz di. Accidens nullus erit nec proderit subiecto non periſtēte.patet.h regula. Nam delectationes accidentales seu etiam infirmitates corporales que aduenīūt corpori in comendendo bibendo dormiendo corpus onerando r huiusmodi nequaq̄ haberi possent nisi corpus cristi esset in quo hec omnia fundantur. Quo presuppositio certū est q̄ sicut anima est subiectū corporis:corpus vero est subiectum predictorum:sic munditia r puritas anime obiectum quodlā sunt gratie seu diuinaruz gratiarum dicente August.lib.de verbis domini. ¶Puritas sic est substantia gratie sīc anima est substantia corporis. Quod si sic est:ergo deficiēte subiecto diuine gratie qō est puritas:sequitur necessario q̄ non habens puritatem anime:dato q̄ suscipiat sacramentum nihil susscipere potest de abundantia diuine gratie:pter q̄ de consecra.di.4.c.nō potest. dicitur. Non potest quis vite celestis gratiam accipere nisi purgat⁹ fuerit ab omni sorde peccati.hec ibi. Et ideo sicut stultus dicerē ille qui susciperet medicinas valoris ipretiabilis que nihil sanitatis in eo operarctur:multo magis stultus dicendus est qui eucharistiaz suscipit que est infiniti valoris crquo nullaz propter hoc gratiā suscipere potest. Et confirmo istaz rationem per similitudinem sic. Sicut enim alimentuz corporale se habet ad vitaz corporalez:sic alimentuz spirituale corporis christi se habet ad vitaz anime spiritualem. Sed clarum est q̄ alimentum corporale soluz prodest corpori viuenti r nō mortuo:quia si ponerctur in ore mortui omnes delicati cibi de mundo nihil sibi proficerent ad augmentum vite eo q̄ in membris mortuis non est virtus digerendi:nec cibum in substantiam conuertendi:cum omni caloze naturali penitus sint priuata:ergo a simili alimentuz spirituale quale est corpus christi solum prodest anime viuenti vita gratie:sed non mortue per peccatum mortale quod occidit animā:sicut dicitur apochalipsis.3. Nomē hēs q̄ viuus r mortuus es. Et hoc ideo fit:quia talis anima spirituali czloze idest diuino amoze est priuata. Nōne ex videmus q̄ membruz a corpore precisum nō potest participare aliquid de vita corporis? Et certum est q̄ sic:sed clarum est q̄ sumens sacramentum cū peccato est quoddam membrum precisum a corpore r charitate fidelium ergo impossibile est q̄ etiam per susceptionē sacramenti possit aliquid participare de diuina gratia r de merito fidelium. Sicut enim dicitur de cōse.di.4.c.Ecclesie vnitas r charitas nō diffunditur nisi in cordibus eoꝝ qui participes sui sunt. Similis sententia ponitur.23.q.7.c.quēadmoduz. ¶Tertio hoc idē probo ratione argumentationis.clara est sententia q̄ si quis obligatur facere minus:multo magis tenetur facere r fugere maius. Nā si quis tenetur non percutere hominē:multo magis tenetur non occidere. Similiter si quis tenetur habere curam de equo domini sui:multo magis de domino. Quo presuppositio certum est q̄ quilibet sacerdos tenetur cōseruare ecclesias r vascula in quibus consecratur corpus christi r reponitur. Quod si sic est:ergo a fortiori tenetur quilibet habere animam mundā ab omni culpa mortali in qua recipit sacramentaliter ipm vez corpus christi. Et q̄ ecclesie vasa in quibus ponitur r cōsecratur corpus christi debeāt esse mundate statur Inno.tertius extra de custodia eucharistie.c.relinqui.di. Relinqui nolumus incorrectum q̄ quidam clerici ecclesias sic ergo

sunt supellectilibus propꝛijs r etiaz alienis:vt potius domus laice q̄s dei basilice videātur non considerantes q̄ dominus non sinebat vt vas transferetur per templum. Sunt r alij qui non solum ecclesias dimittunt immundas vel macularas verū etiā vasa ministerij r vestimenta ministeriozuz ac pallas altaris necnon r ipsa corporalia tam immunda relinquunt q̄ interdum aliquibus sunt horrori Quia vero zelus nos commedit domus dei similiter prohibemus ne huiusmodi suppellectilia in ecclesijs admittantur:nisi propter hoc tales incursus r incendia repentina:r hoc sic vt necessitate cessante:res in loca pristina reportent:precipimus quoqz vt oratoria corporalia vasa r vestimēta predicta mūda omnino r nitida obseruentur:nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere que deceret etiā in pfanis.glo.i.in priuatorum vestibus.hec ibi. Si igitur vt patz corporalia r vasa que in se non suscipiunt nisi accidentia ꝓsecrata:debent esse munda r sine vlla immūditia. Immo aliter nō debent admitti ad tāgendum predicta accidentia:multo magis q̄ libet persona que suscipit non tantū accidentia sed ipsum sacratissimū christi corpus debet cē ab omni macula peccati purificata.pre termitto q̄ tu mulier r hō dedignaris camisiam r brachas recipere nisi prius ab omni sorde fuerit purificata. ¶Quarto hoc idē ꝓbo ratione comparationis.quā rationem in forma questionis declaro.peto igit quis grauius peccat: aut sumens corpus christi in peccato mortali an christum occidens quēadmodum fecerunt iudei. Ad qō respondēs Tho. in.4.di.9.ar.3.q.3.dicit. Cuz queritur q̄s grauius peccet an christum crucifigens an ipsuz indigne sub sacramento suscipiens. Respondeo tribus modis. ¶Primo q̄ peccatum indigne cōmunicantiū assimulatur seu comparatur peccato crucifigentium xpm inquantum vtrūq; in christum cōmittitur. ¶Proinde ad hebre.vj.dicitur. Rursus inseinetipsis crucifigentes filium dei r ostentui habētes. Quod cōfirmās Ambrosius super verba.j.cor.ij.q cūq; manducaucrit rē.ait. Omnis qui christum indigne manducat reus erit corporis r sanguinis domini.i.ac si christum occiderit punietur. Secō dico q̄ peccatum occidē tium christum est maius vel grauius peccato indigne cōmunicantium:q̄ illud peccatuz est comissum in personaz christi:hoc autē cō mittitur in christum sm q̄ est in sacramento altaris. Tertio dico q̄ peccatū indigne cōmunicantium est grauius peccato christum occidentium:eo q̄ hoc peccatum cōmittitur sciēter r ex malitia r ex cōtēptu:que omnia peccatum aggrauant:peccatuz autem predictorum est cōmissum ignoranter:que ignorātia r si non excusat a toto:tamen excusat a tāto. Adde r quartuz. Nam indigne cōmunicās quia quātum est in se christum gloriosū crucifigit. Econtra vero q̄ iudei crucifixerūt mortalem:ideo grauius peccat eis. ¶Proinde remigius in glosa super illud Mat.26.vbe illi per quem filius hominis tradetur:sic ait.vbe tradentibus christum ad crucifigendū:ſz vbe magis cum maligna cōscientia sub sacramēto sumētibus illū:q̄ r si nō tradūt iudeis ad crucifigendum:tradūt tñ illum mēbris inimici ad sumendum.hec ibi. O igitur infelix peccator o infelix anima.o iniqua o crudelissime christiane qui christū dei filium denuo crucifigis:cuz ipsuz indigne suscipis.ve tibi q̄ melius tibi esset q̄ natus nunq̄s fuisses. Quantum grauiter etiam peccet per aliam similitudinem patet. An non queso grauissime peccaret qui corpus christi sponte in stercus r lutum proijceret? clarum est q̄ sic: r ego dico q̄ grauis peccat qui sacramentum indigne suscipit. Quod confirmans Ricar. in.4.di. 9.articu.3.q.j.in secundo argumento.r respō sione eiusdē sic ait. Milior ingt res ē peccator inquātum peccator q̄s stercus r lutū. Si igit grauiter peccaret q corpus christi scienter in lutū ꝓijceret:ergo multo grauius peccat qui ipsū suscipit cū mortali peccato:r rō est:q̄ lutuz corporale polluit illud qō simplr in ipsuz proijcitur:put sūt spēs consecrate:sed peccator recipiens corpus christi quātuz est i se nō tñ polluit species cōsecratas:sed etiā ipz vez corpus christi.h Ric. Dō cōfirmās Brc.j. q.j.c.Mti.ait. ¶Polluim⁹ itaqz panē.i.corp⁹ xpi quādo idigne accedimus ad altare:r sordidi mūduz sanguinem bibimus.h ille.r.j.q. i.c.q̄ gdā.etiam dicit.Mali dicūt sacrm polluē q̄stū in cis ē cū polluti pmanēt:r iō sicut bonis sacramentum est ad pmiū: sic malis ad iuditium.h ille. ¶Quinto hoc idē ꝓbo rōne incurrionis. Nullus dz accedere indigne ad hoc sacramentuz. Qui a si indigne hoc sacramentuz sumit.triplicem penam incurrit.

Prima dicitur temporalis. Secunda dicitur spiritualis. Tertia eternalis. ¶ Pria pena quā indigne cōmunicans incurrit dicitur temporalis. Nam sepius indigne cōmunicans faciente diuina iustitia corporalr morit̄ seu abbreuiat suam tēporalem vitā. Vnde apostolus de gbusdā.j.cor.xj.ait. Jō inter vos multi infirmi sunt t imbecilles t dormiunt multi.glo.i.,ppter hoc mortui sūt. Et i li. paschalij dicit. Quicūq; idigne cōicat nisi dei bonitas gladiū suspenderet:statim ab angelis ad hoc positis perimeret.h ille. Et de talibus ,ppha dicit. viri sanguinū t do.n.di.d.s. Et saluator Jo.6.figuratiue dicit. pres vestri māducauerūt māna in deserto:t mortui sūt. Et nūeri.xj.dr. Quod cū ppls isrl esset in deserto t murmuraret de māna quod de celo pluebat illis dns:desiderās carnes pisces cucumeros peponcs cepe t alia:cū missis dns coturnices in castra coz:dū carnes comederēt:statim fruor dei ,ppter indignationez comedētium fuit cōcitatus in pplm:t sic percussit cū crudeli morte.pp qō vocatus est locus ille ꝺcupiscētie sepultura. Si igit deus idigne sumentes māna māles carnes tēporalr occidit:qd credis fit facturus bis qui indigne corpus suū suscipiunt tanqz carnes castrorum? ¶ Scōa pena quā idigne cōicās icurrit dicitur spūalis. Nam indigne cōmunicās diabolum in se suscipit q propter hoc maiorē potestatem habet in ipso.s.retinendi eum in duritia cordis qz antea habebat. Exemplū habem⁹ de iudeis de q̄ Jo.xiij.dicit. Quod post qz bucellā suscepit:statiz in cū sathanas itroiuit. ¶ Proinde Aug.de cōsc.d.2.c.sicut Judas inquit.cui bucellā tradidit christus:nō maluz accipiēdo sed bonum male sumendo locum prebuit diabolo:sic idigne quisq; sumēs corpus christi.h ille. Immo plus dico q si crās in mortali vnum diabolum in se habet:dum indigne cōmunicat:septem demones in eo i greduntur:sic enim dicit saluator luc.xj. Tūc vadit ille spiritus t secū asumit septem spiritus nequiores se t ingressi habitant ibi t fiūt no.h.i.p.prioribus. ¶ Tertia pena quam indigne cōmunicans incurrit dicitur eternalis. Vltra predictas penas quicūq; indigne cōmunicat:eternā penam promeretur:q; grauiter offendit illū qui eternus est.videlicet christum dei filium fm diuinitatem loquor.proinde leui.7.figuratiue dicitur: anima polluta que ederit de carnibus pacificorum hostie q̄ oblata est domino peribit de populis suis idest eicietur a saluandis ad dānationez eterne mortis. Et profecto talis indigne cōmunicans eternam mortem digne meretur tripli ci respectu. Primo quia ficte t fictate se obtendit esse verum christi membrum:cū tamen sit falsus t simulat⁹. Idco talib⁹ Mat.23.dominat christus dicens vbe vobis bypocrite scribe tristes tē. Secundo quia talis irreuerentiā debitam reddendam atq; contēptum cōmittit contra tm sacramentū. Tertio q; talr abutitur sacramēto quod institutum est ad prestandum gratiam t eternam gloriam. Ex predictis rationibus patet qualiter nulli existenti in mortali culpa licet hoc sacramentuz suscipere. Quarto hoc idem probo duabus figuris. Prima figuraz habemus.2.Rg.6.de oza.qui percussus fuit eo q; indigne archā dñi tetigit.t assignat Jeroñē:q; in nocte precedente iacuit cum vxore. Si igitur ille percussus est qui iacuit cuz vxore propria:qua percussione dignus erit qui iacuerit cum meretrice t vxore aliena. Si ille qui tetigit archam ligneaz percussus est: qua percussiōe est dignus qui indigne recipit carnez dei veram. Si ille percussus est qui archā tetigit vt iuuaret ne pateretur ruinam:q; percussione dignus erit qui corpus christi fmit ad prohiciendum eum in laternā.videlicet in cōscientiam imundam t impudicam? Secūdam figuram habemus de bethsamitis.qui vt habetur Primi.Rg.6.etiaz percussi sunt:q; archam dñi indigne t contra eius voluntatem viderūt. Quod si illi videndo archaz tm iudicium promeruerunt:quale iudicium suscepturi sunt qui corpus xpi indigne sumunt. Nota tamen fm Ricar.in.4.di.9. ar.2.q.j.in solu.sccūdi argu.q; existens in peccato mortali videndo corpus christi t adorādo illud non peccat:quia propter hoc nullam facit irreuerentiam sacramento. Immo fm Aleran.in.4.ci valde est fructuosuz:q; si peccator corpus christi inspicit ea intentione qua est ab ecclesia institutum:multiplex comodū suscipit tū ex ponderatione charitatis saluatoris:tum ex subuentione beneficij reparatōis: tū ex recordatione passiōis redemptoris. hec enim tria debet t iustus t peccator in corporis christi inspectiōe recolere.scilicet quantū fuit benefitium reparationis: quanta passio redemptoris.t quāta charitas saluatoris hec

Aleran. Adiūgit insuper Ricar. vbi supra in solutione eiusdem argumēti. q; si qs erigeret hostiam consecratā iacentē in terra cum timore t reuerentia:non crās pīte sacerdote seu digniore se:non peccaret dato q; eēt laic⁹ t esset in mortali culpa. Si tū lz aspicere t tāgere sacrm cum culpa:nunqz tū lz suscipere. Ex predictis igit figuris patet etiam q; nulli lz eucharistiam suscipere cum mortali culpa. ¶ Quinto deniqz hoc idem probo exemplis duobus. Primū exemplū ponit Franci. de mayro. in quodam sermone quē fecit de eucharistia suscipienda. Qui incipit pluit illis manna tē. Ibi enim refert q; sacerdos quidam equitans transibat per siluam cū corpe christi habens simul campanellam cuz qua pulsabat ante corp⁹ christi:quē latrones audientes t cum de remotis vidētes dixit vn⁹ ex illis:accipiamus ei equū:ad quē cuz ceteri respondissent q; non liceret cuz corp⁹ christi deferret: ille rndit nolite timere: ego sic habo me infirmū t velle me cōicare:t tunc descēdens ipse de equo vos equū deducetis t auferetis. Qui cum hoc fecisset sacerdosqz descendisset:requisisetqz an contritus t cōfessus cōicare vellet:assentiens ille t os pro suscipiendo sacro in quod tū non credebat aperiens:statim mortuus cecidit:t effectus ē niger veluti carbo mortuus. Q̄ ceteri videntes compuncti equū sacerdoti reddiderūt: et monasterium quoddā intrauerunt:sicq; oēs vitam suam cum magnis dei laudibus finierunt. Si ergo hoc iudicium ille suscepit qui incredulus t indignus se cōicare volebat:qle iudicium sunt suscepturi qui indigne t i mortali culpa totiens suscipiunt sacrm? ¶ Scōm exemplū accidit in ciuitate Asisij prout retulerunt mihi fratres ꝺuen⁹ t illi de ciuitate fuit qdam vsurarius semel in eadem asisij ciuitate:qui veniens ad mortē sine vlla male ablator restitutione sacrm suscepit. Qui statim defunctus portatus fuit ad sepeliendum a fratribus conuentus:qui posuerūt eum in quodam sepulchro nouo pro ipō condito:qō est ante portam seu ingressum ecclesie ipsius conuentus:in qua corpus beati patris nostri Francisci vt creditur requiescit itegrū. Quo sepulto circa mediā noctem quidam demon in humana forma accessit ad sacristam dormientē quē cuigilans dixit. Ego sum demō qui er precepto dei in hac forma ad te veni: noli timere. Induere igitur te suppelicia; et accipe calicem cum patena:t da mihi luminaria accensa t veni mecū secure. Qui attonitus hec oia fecit. Accedens autem demon cum eo ad sepulturā predicti vsurarij solus p se reuoluit lapidē ab ostio monumenti. Quo facto dixit sacriste:vt supponeret calicem ori illius vsurarij:qō faciens cepit demon caput vsurarij per capillos t percutiens ipsum fortiter pugno clamauit fortiter. O traditor vsurarie, phice t extra mitte vex corpus Christi quod indigne suscepisti:qui statim reiecit corpus Christi in calice. Quo facto demon cuz luminaribus accensis preibat ante sacristam reuerenter corpus Christi deferentem:t cuz in sacrastia fuisset dixit sacriste. Recōde tuo modo corpus Christi reuerenter t quiesce. Tunc diabolus accessit ad sepulturā t aspor tauit corpus illud maledictum. Aldanc autē facto accedens sacrista cū fratribus gb⁹ oia narrauerat ad sepulturam illius vsurarij: eā vacuam cū lapide reuoluto inuenerunt: que sepultura vsqz in hodiernum diem vacua remanet:quā t ego ipse vacuam conspexi. Relata retuli. Ex predictis auctoritatib⁹:distinctionibus:rōnibus:figuris:atqz exemplis pz qualiter nullus accedere debet ad suscipiendum dñicum sacrm cum mortali culpa tam actuali q̄ habituali. Et per oīs patet de specialitate realitatis dñici sacri pmum genus hominum quod cōicare nō debet: t cui cōio est omnino deneganda. Rogemus ergo clementissimum deum dñm nostrum Jesum Christū:qui est purificator cordium t aiaruz vt nos ab omni culpa purificet vt sic digne ad sacrm accedamus. Cui semper sit omnis laus t gloria in secula seculorū. Amen.

¶ Feria qnta in cena dñi. Jtez de septima excellētia ipsius sacratissime fidei:seu de realitate sacramenti dominici.

QUam dilexit suos qui erant in mundo: in finez dilexit eos: ministrādo scz eis suum sacratissimum corpus. Scribuntur hec verba Joan.xiij.c.t in euangelio occurrēti feric. Postq̄ nobilissimi ciues de tertia conclusione dñici sacramenti que dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

specialitatis.in qua prepolita fuerunt.12.gnā hominuz seu personaz quibus cōmunicare non licet seu cōio dari. declarauī pmū gen⁹ in quo ostensum fuit generaliʳ qualiter null⁹ cuz mortali culpa accedere debet ad suscipiē dum ipsum dñicum sacramentū. habeo silʳ in presenti sermone declarare vndecim gnā personaz que superfuerunt:z quibus cōmunio nequaq̄ debz exhiberi :quorum declaratio talis erit.

¶ De reliquis vndecim generibus ꝑsonaz que omnino debent a cōione abstinere.

